

Massachusetts Bay

747  
1800

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is difficult to decipher due to the cursive script and fading.

Handwritten text in the middle of the page, appearing to be a list or a set of notes, also written in cursive and somewhat faded.

✠  
BIBLIOTĒCA  
DEL REAL MONASTERIO  
DE HUERTA.  
*Núm. 306.*

ANTWERPIA,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
M DC LXXVI



PARNASSI  
BICIPITIS  
DE PACE  
VATICINIA,

Chronographicis, Retrogradis, Acrosti-  
chis, & Anagrammatis explicata.

LIBRI DVO:

Quorum Prior est de Inducijs Belgicis, Poste-  
rior de rebus tempore Induciarum gestis:

AVCTORE IODOCO DE WEERDT  
VRBIS ANTVERPIANÆ SYNDICO.



ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
M. DC. XXVI.

†

P A R M A S S I

B O I P I S S

D E P A C E

V A S I N I A

Chano yphidic R. exornat. A. 1815

Chano yphidic R. exornat. A. 1815

D I B R I D V O

Chano yphidic R. exornat. A. 1815

Chano yphidic R. exornat. A. 1815

A V C T O R E I O D O C O D R W E R R D T

Y R I S A N T V E R M A K E - F A N I C O



A N T V E R S I A

E X O F I C I N A P A N T I N I A N A

M . D C . X X V I

SERENISSIMIS PRINCIPIBUS

A L B E R T O

E T

I S A B E L L A E

CLARÆ EVGENIÆ,

ARCHIDVCIBVS AVSTRIÆ,

DVCIBVS BVRGVNDIÆ,

BRABANTIÆ, LVTZENBVRGI,

LIMBVRGI, GELDRIÆ,

COMITIBVS FLANDRIÆ, &c.

CONCORDIÆ ET PVBLICÆ QUIETIS

RESTAVRATORIBVS

L. M. Q. DICO CONSECRO Q.

IODOCVS DE VVEERDT.

SERENISSIMI PRINCIPES,  
 PANEGYRICVM HVNC PARNASSICVM  
 BELGICI FOEDERIS  
 ASPICITE, INSPICITE, RESPICITE.

VT ASPICIATIS, MOVEBIT TITVLI NOVITAS;  
 VT INSPICIATIS, OPERIS BREVITAS;  
 VT RESPICIATIS,  
 ARTIFICIOSA CHRONICORVM ET ACROSTICHORVM  
 IN EODEM CONCORDIÆ ARGVMENTO VARIETAS.

H Æ C,  
 MAVORTIS VI REPRESSA,  
 BELLONA PROFLIGATA,  
 DISCORDIA AD TARTARVM REPVLSA,  
 INCENDIIS BELLORVM CIVILIVM EXTINGTIS,  
 INTESTINIS CERTAMINVM ODIIS SOPITIS,  
 TVRBARVM CAVSSIS COMPRESSIS,  
 BELGICIS PROVINCIIS TOT ANNIS DISCORDIBVS  
 NVNC TRANQVILLITATI PVBLICÆQ. QUIETI  
 RESTITVTIS,

ET



5  
ET IN FLORENTIEM PRISTINUMQUE STATUM  
POSTLIMINIO REDUCTIS,  
OMNIVM EX VOTO,  
VESTRO AVSPICIO, CONSILIO, AVXILIO,  
FELICITER INCHOATA, DIRECTA,  
ET SANCITA EST.

VERE HÆC RES NOVA,  
INEXPECTATA,  
BELGICÆ SALVTIFERA,  
FVTVRIS SÆCVLIS ADMIRANDA,  
NOVO CARMINE FVIT DECANTANDA,  
AB OBLIVIONIS INIVRIA VINDICANDA,  
ET ÆVITERNÆ POSTERITATI  
CONSECRANDA.

ASPICITE IGITVR, INSPICITE, RESPICITE:

ET IN CLIENTELAM VESTRAM

AVCTOREM

SERENISSIMIS CELSITVDINIBVS VESTRIS

DEVOTISSIMVM

SVSCIPITE, PROTEGITE, FOVETE.

A 3 AD

# AD LECTOREM

## PRAEFATIO.



IN communi BELGICI  
 FOEDERIS ET CON-  
 CORDIÆ plausu, quem  
 omnes tranquillitatis pu-  
 blicæ amatores, ore, ocu-  
 lis, & gestu demonstrant,  
 ego quoq; erga SEREN<sup>MOS</sup>  
 ARCHIDVCES, OPTI-  
 MOS PRINCIPES, PATRIÆ PARENTES,  
 Virosque illos æterna laude dignissimos, quo-  
 rum opera & studio BELGICIS PROVINCIIS,  
 sublato belli metu, spes otij & CONCORDIÆ  
 affulsit, animi mei affectum hoc PANEGYRI-  
 CO volui declaratum. Cuius (vt tempora hæc  
 sunt) futuros scio non semper æquos iudices. Hi  
 namque metrum & formam versuum nouam,  
 antiquis non vsitatam, sunt reprehensuri; alij  
 breuitatem operis: plerique ipsum auctorem  
 adunco naso suspensuri, quòd tantum laboris &  
 tem-

temporis in re tam futili impenderit. Quibus respondeo, infuetum hoc metri genus, cothurnumque hunc grauiorem & exoticum, postliminio restitutam requirere CONCORDIAM: quæ vt præter omnium expectationem, diuino proculdubio fauore, BELGIS contigit; ita etiam infueto & rariori fuit versu celebranda. qui quò artificiosior, eò laudabilior est: sicut enim pictura ex arte commendatur; & musica concinnior auribusque est gratior, quando artificiosè in concordiam dissoni & discordes iunguntur toni; ita & carmen maximè laudandum, si non solùm numeris sonorum nihil contineat contortum, nihil insuaue, sed etiam apta pedum connexionem, rectaque syllabarum coniunctionem, nouoque artificio instructum, iucunda oculos & aures voluptate demulceat. Neque vniquam iure reprehendenda est artificij aut inuentionis nouitas: omnia enim metrorum genera, à diuersis inuenta, primùm noua, postea vñu recepta, & continuata fuere: sic carmen Sapphicum primùm à Sappho puella Lesbia, Asclepiadeum ab Asclepiade, Phalæcium à Phalæco primò conscriptum, deinde ab alijs fuit decantatum. Certè  
post-

posteritas, quæ priscis Poëtis Augusti tempore florentibus superuixit, nouos & inusitados versibus flosculos inserere non erubuit; iudicans turpe esse trita semper & vsitata incedere semita, & tardioris ingenij non aliquando latiùs excurrere, & diuagari alio tramite ad animi oblectamentum: qui, vt corpus, non vno semper eodemque delectatur nutrimento. Ita Sidonius Apollinaris versus retrogrados siue recurrentes scripsit; quin & ipse Virgilius primo Æneidos libro in illo carmine;

*Musa mihi causas memora quo numine laeso.*

Acrostichicos autem versus antiquiores esse, ex eo liquet, quòd Sibyllarum vaticinia hoc metri genere conscripta fuerint, & aliquot Plautinarum Comœdiarum argumenta. Anagrammatum verò vsus non solùm artè & venustate amabilem, sed etiam antiquitate venerandum, hoc argumento declaratur, quòd verosimile sit artificium hoc ab Hebræis (quos non solùm nomina, sed ipsas etiam nominum litteras magno in pretio habuisse constat) ad Græcos dimanasse: à quibus quanto studio fuerint exulta, Lycophronis demonstrat exemplum; cuius interpres

Ifacius

Ifacius Tzetzes refert in Prologo, eum Ptolomæo Philadelpho non tam ob poësim quàm Anagrammatismos carum fuisse. Quin & ipse Eustathius Homeri Scholiastes versiculo 55. Iliad. α multa Anagrammatum adducit exempla, quæ Guilielmus Blancus Albiensis in suo de ratione Anagrammatismi libello recenset: vbi etiam Anagramma definit esse clausulam ex artificiosa litterarum alicuius nominis transpositione compositam. Artificiosam vocat, quia non solùm ingenio, sed etiam singulari arte opus est in anagrammatica nominum disquisitione. Quòd si cuiquam dubium sit (inquit Blancus) quæso admoueat manum ad opus, nisi pluteum ceciderit, vngues demorderit, caput scalpserit, nisi fortè rei difficultate per-tæsus opus abiecerit, patientissimus erit iudicandus. Et licet omnium litterarum, quæ ad nominis compositionem concurrunt, requiratur dispositio; non idcirco tamen statim vitio dabitur vnus aut alterius aliquando omis-sio, propter magis elegantem & proprium Anagrammatis sensum. Ita in illo, quod Ioannes Auratus Poëta Regius in Petrum Ronsardum

B confe-

confecerat , ex quatuor R. R. R. R. duo omit-  
tuntur.

PIERRE DE RONSARD.

ROSE DE PINDARE.

Et in Anagrammate eiusdem Aurati, ad Grego-  
rium XIII. Pontificem misso, tres litteræ S. V. M.  
omissæ reperiuntur:

GREGORIUS DECIMVS TERTIVS.

DEI GREGIS SECVRI TVTOR.

Idem de adiectione alicuius litteræ iudicium  
esto; quæ in eleganti Anagrammate toleratur, vt  
in illo R. P. Francisci Bencij è Societate I E S V, de  
B. I G N A T I O eiusdem Societatis fundatore, vbi  
littera S repetitur:

I G N A T I V S D E L O I O L A .

O I G N I S A D E O I L L A T V S .

Sic etiam aliquando litteræ vnus in alteram  
commutatio reprehensione caret. Verùm Ana-  
gramma quò perfectiùs suum nomen refert, eò  
pulchrius : maximè si in carmen aut hemisti-  
chium desinat, aut aliquam argutam complecta-  
tur sententiam, carmine illustratam : tunc enim  
(ait Blancus) tamquam pretiosa gemma auro in-  
signita, annuloque scitè tornato inserta, suum  
osten-

ostendit nitorem, & dignum erit quod in omnium ore versetur, in quod omnes coniciant oculos, quod omnium non in aures modò, sed in intimos etiam animi sensus influat, quod offeratur Principibus, quod per ipsas Prouincias circumferatur, quod ad posteritatem transmittatur.

Hæc ex Blanco adduxi, vt Lectoris ex ijs iudicium esset de Anagrammatibus, quæ versibus elucidata in hoc opusculo comprehenduntur. quod breuius est, quia laboriosius, magnisq; viris CONCORDIÆ BELGICÆ paranympis dicatum: quorum nomina quia PACIS ET PVBL. QUIETIS omina continent, artificioso versu eoq; breuiori sunt exculta, ne prolixitas legenti pariat tædium. Quantum verò in hoc opusculo desudatum sit, sciet qui animi & ingenij vires in similem diriget conatum; neque tum fortassis eum improbabit tamquam rem futilem, vtpote quam argumenti suauitas, inueniendi difficultas, transponendi venustas & nouitas amabilem reddunt & iucundam. Hæc de metri forma & genere.

Argumentum autem operis, etiam me tacente, se prodit: neque enim quisquam est in toto

terrarum orbe ita inſcius, aut rerum inexpertus, cui non innotuerit deplorandus BELGICARVM Prouinciarum ſtatus; quantifque bellorum tempeſtatibus, diſſenſionumque motibus, pluſquam per octo annorum Olympiades, concuſſæ fuerint: ita vt non à ſoli cælique amœnitate, ſed ab aſſiduis bellis, nominis ſui etymon ſortitum fuiſſe olim BELGIVM noſtrum cuiſciam videri poſſit. Vtpote in quo ciuiles tot annorum motus, inſtina odia ſeditionis facibus incenſa, diſſidentiaæ flabello fota, temporis diuturnitate corroborata, in tantum exarſerant; vt nulla deſideratæ CONCORDIÆ inſpirata toties aura, ignis diſcordiaæ extingui potuerit, quin potiùs vt ab inſuſo oleo vires aſſumens latiùs fuerit diuagatus; omniſque labor irritus qui ad ſopiendum fuit adductus. Non enim communis PATRIÆ vaſtitas, vxorum filiorumque calamitas, nec vicinarum regionum Principumque participata infelicitas, eorumque iterata interceſſio & auctoritas, ad CONCORDIAM belli incendio extincto ineundam, aut ad eam tractandam, obduratos & velut mutuo ſe cruore oblectantes animos adducere potuerunt. Cuius rei tandem ſera, ſed  
certa



certa spes affulfit, quando instinctu Omnipotentis DEI, qui vt omnium rerum ita & bellorum fines terminosque posuit, R. P. IOANNES NEI Religiosorum Ordinis Seraphici in BELGIO Commissarius Generalis, suo præter omnem expectationem studio conatuque id effecit, vt hostilitatis armorumque metu cessante, de PACE vtrimque agi & actitari coeptum sit. Quo fine, anno proximè elapso ad Prouincias Confœderatas à SEREN<sup>MIS</sup> ARCHIDVCIBVS BELGICÆ PRINCIPIBVS Caduceatores missi ILLVST<sup>MVS</sup> & EXCELL<sup>MVS</sup> AMBROSIVS SPINOLA, aurei Velleris Eques, Marchio Venafrius, Dux Sanseuerinus, supremus militiæ Imperator, de cuius laudibus laurisque nulla ætas conticescet, & Nobilissimus Clarissimusque IOANNES RICHARDOTIVS Eques, D. de Barly, SEREN<sup>MIS</sup> ARCHIDVCIBVS à Confilijs Status, & Secretioris Confilij PRÆSES, ingenij dexteritate, rerum vsu & prudentia consummatissimus, necnon Clarissimus Vir IOANNES MANCICIDOR, ARCHIDVCIBVS à Secretis, dictus R. P. IOANNES NEI, vnà cum Ampliss<sup>mo</sup> D. LVDOVICO VEREICEN Equi-

te, eorundem ARCHIDUCVM Audientiario, omni elogio laudeque dignissimi. Quorum auspiciis res incepta, sed ad optatum PACIS finem perducta non fuit, licet strenuam eodem in negotio & efficacem nauarint operam Nobiliss. Clariss. & Ampliss. Viri, PETRVS IEANNIN Eques, D. de Chagny & Montieu, CHRISTIAN<sup>MI</sup> REGIS Status in FRANCIA Consiliarius, & Legatus extraordinarius apud ORDINES CONFOEDERATOS, HELIAS DE LA PLACE Eques, D. de Ruffy, Vicecomes de Machault, Balius & Capitaneus de Vitry François, item CHRISTIAN<sup>MO</sup> Regi à Consilijs Status, & Nobilis domesticus, eiusque Legatus ordinarius apud prædictos Ordines; RICHARDVS SPENCER Eques, REGIS MAGNÆ BRITANNIÆ Nobilis domesticus, & eiusdem Légatus extraordinarius, & RODOLPHVS VVINWOOD Eques, dicti REGIS Legatus ordinarius, & Status apud prædictos Ordines Consiliarius; aliorumque Principum Legati. Quorum omnium interuentu, cum firmæ PACIS serenitas, expulsa bellorum tempestate, oboriri non posset, de inducijs plurium annorum ( quibus vtrimque  
respi-

respirent hostiles animi) tractari cœptum; vt per  
 has, velut præludia & sponsalia, tandem in BEL-  
 GII thalamum solida PAX traduceretur. Nec  
 frustra: nam prima induciarum fundamenta au-  
 spicatò iacta fuere; deinde felicem sortitæ pro-  
 gressum, post paucorum mensium interualla,  
 ANTVERPIÆ pro annis duodecim transactæ  
 sunt: præsidio, fauore, & consilio prædictorum  
 REGVM FRANCIÆ & MAGNÆ BRITAN-  
 NIÆ Legatorum: idque inter dictos SEREN<sup>RVM</sup>  
 ARCHIDVCVM, & CONFOEDERATORVM  
 ORDINVM deputatos; vtpote qui ad hanc rem  
 delegerant ILLVST<sup>MVM</sup> & EXCELL<sup>MVM</sup> PRIN-  
 CIPEM GVILIELMVM LVDOVICVM Co-  
 mitem de Nassau, Catzenelleboge, Viande,  
 Dietz, D. de Bilsteyn, Gubernatorem & Capita-  
 neum Generalem Frisiæ, ciuitatis Groeningæ,  
 Ommelandæ, Drentæ, &c. item Ampliss. Clarif-  
 simosque Viros, VVALRAVVM DE BREDE-  
 RODE, D. Vianæ, Vicecomitem Vltraiectinum,  
 D. de Ameyden, Cloetinge, &c. CORNELIVM  
 DE GENDT, D. de Loenen, Meynerfvijcke,  
 Vicecomitem & Iudicem Imperialē & ciuitatis  
 Neomagi, IOANNEM DE OLDENBARNE-  
 VELDT

VELDT Equitem, D. de Tempel, Rodenrijs, &c. Chartophylacem, siue sigilli & sanctorum scriniorum Hollandiæ & Frisiæ Occidentalis præfectum, IACOBVM DE MALDERE Equitem, D. de Heyes, primum nobilium in Ordinum & Consilij Status COMITATVS ZELANDIÆ confessu, GERARDVM DE RENESSE D. van der Aa, de Streefkercke, Nieuwvleckerlandt, &c. GELLIVM HILLAMA, Iuris Doctorem, FRISIÆ Consiliarium, IOANNEM SLOETH D. de Salick, Satrapam territorij de Vollenhoo, & Præfectum ditionis de Cunder, ABELEM COENDERS de Helpen, D. in Faen & Cantes.

Quæ transactio decimo octavo Kalend. Maij, præsentè anno, magno cum omnium applausu, & quo ab hominum memoria non fuit maior, publicata fuit & diuulgata. In huius ergo rei gratiam memoriam Panegyricum hunc conscripsi: cui (si placet) Lector faue; & vt CONCORDIAM hanc secundet & perennet PACIS auctor DEVS, mecum precare.

PARNASSI  
 BICIPITIS  
 DE PACE  
 VATICINIA.

LIBER PRIMVS,  
 SIVE  
 CONCORDIÆ BELGICÆ  
 PANEGYRICVS PARNASSICVS.



*NON audita cano currentis temporis  
 acta,*

*Et qua post bis sex orbis mirabitur an-  
 nos,*

*Diuersis conscripta modis, metriq<sup>3</sup> fi-  
 guris.*

*PHOEBE, tuis hac auspiciis, ac ordine, cuncta  
 Sunt vulganda, tuo vati concede liquorem  
 Fontis Acidali, per metra ignota vaganti,  
 Et facilem ingenij praeses tu dirige venam.*

C

*Hac*

*Hac tua, non mea sunt; tua, te dictante, corona  
Et tota AONIDVM: mea sunt impressa, tuôq;  
Publica mandato, graciliq; in scripta papyro.*

Chrono-  
graphicū  
de indu-  
cijs pro-  
mulgatis  
xiv. A-  
prilis M.  
dc. ix.

BIS SEPTENA DIES APRILI MENSE  
REFVLGET,

*Et sancita fuit CONCORDIA fœderis, inter  
BELGARVM Proceres, crudelia mente furenti  
Bella quater denis antehac qui gnauiter annis  
Gesserunt, propriis lacerantes viscera dextris.  
Gaudia cunctorum compleverunt pectora, quisque  
Latitia noua signa noua, pice, & voce, choreis  
Monstrauit, gestu, atque oculis: hinc plurima passim  
Tota urbe accensis piceis funalia flammis  
Vicerunt noctem, celsis in turribus urbis  
Aemula luxerunt splendoris lumina Luna.  
Visa fuit nox illa dies, sic hora quietis  
Tardior, aurore fuit & rutilantis ad ortum.  
Tunc quoque decubui stratis, per membra soporem  
Expectans placidum: subito nutantia soluit  
In somnum MORPHEVS mea lumina; sed mihi  
mira  
Obtulit in somno phantasmata: namque & videbar  
Surgere de strato, sistiq; in culmine montis  
Ad fontis salientis aquas, quas ungula traxit*

Belle-

*Bellerophontis equi, viridantis gramine prati  
Inter odoratas laurus, & amœna vireta.*

*Ad qua MNEMOSYNE, concluso codice longam  
FATORVM portans seriem, qua carmine quondam  
PIMPLIADES & fatidica cecinere SIBYLLÆ,  
Venit, & ipse pater MVSARVM PHOEBVS, &  
omnis*

*PIERIDVM chorus, & sua quæq; sedilia sumit.  
Me locat in medio MORPHEVS: mihi terga vo-  
lenti*

*Vertere, PHOEBVS ait: Siste hîc, arcana futuri  
Currentisq; aui prænuntia discito fata.*

*Raras ARCHIDVCVM laudes ALBERTI,  
ISABELLÆ,*

*Et Procerum, quorum hæc studio CONCORDIA  
BELGIS,*

*Atque tuum decus Excellens DVX SPINOLA,  
quæq;*

*Nunc fas est audire loqui que, hæc cuncta papyro  
Mandabis; cernent seri tua scripta nepotes.*

*Primò MNEMOSYNE exorsa est, PHOEBO QVE  
locuta.*

# M N E M O S Y N E S

## P R O L O G V S

ex duplici Acrostichide

SERENISS. ARCHIDVCVM  
ALBERTI ET ISABELLÆ  
AD PHOEBVM.

*A* rte noua & plectro nūc PHOEBE in vertice PindI  
*L* ude nouo, raris profer noua carmina metri S:  
*B* ELGICA semianimis per tot ciuilia bell A  
*E* t suppressa malis, magis agra & saucia quàm IoB,  
*R* espirat lata, atque graui relenata dolor E.  
*T* ristitia solamen adest; PAX aduolat exu L,  
*V* itam instaurabit, mala pellet, flammeus ut so L  
*S* qualentes abigit nubes, radio & fouet aru A.



POTENTISSIMIS  
 PRINCIPIBVS  
 PATRIÆ PATRIBVS  
 PVBLICÆ PACIS PROCVRATORIBVS  
 PINDI PIERIDVMQ. PATRONIS  
 POETARVM PROTECTORIBVS  
 PACIS PRÆCONIVM  
 PARNASSICVMQ. PANEGYRICVM  
 PSALLIT PHOEBVS.



*Laudite præpositi proceres, patresq; po-* Plausus  
publicus.  
*tentes:*

*Plaudite primates populi, plebisq; pa-*  
*troni:*

*Plaudite patricij, pueri paruaq; puella:*

*Pellantur planctus pertristes, profugiantque*

*Ploratus, placidi pertentent pectora plausus.*

*Ponite pyramides, pulcerrima pegmata, pannos*

*Pendite purpureos, peristromata pendula, passim*

*Porticibus, portis, proscenia publica picta*

*Ponite: praegrandes pini, palma, platanique*

*Pondere priuentur: ponantur pérque plateas*

*Proceri picei postes, prunaq; pyrarum.*

Pacis ad-  
uentus.

*Post prædas, patria pugnæ, post prælia plura*

**P**ANDOCRATOR **P**RINCEPS, proles præclara

**P**HILIPPI,

*Propugnans Patriam præstans pugnâxque* **P**HY-

**L**ARCHVS,

*Promeritus* **P**RÆSES prima præconia palma,

*Præcipuèque pater plenus pietatèque* **P**RÆSVL,

*Patrum præpositus perrarus Parthenicorum,*

*Purpureo panno per dignus pileolòque*

*Pontificisq; pedo, percellens præpete phama;*

*Prudentesq; PATRES, PATRIÆ per prouida pacta*

*Perficiunt* **P**ACEM: profert *Parnaßide palma*

*Pulcra pedem pia* **P**AX, **P**HILADELPHIA, prouida:

*primùm*

**P**AX pellit picea portenta proterua paludis.

Belli fuga & comitum.

**P**ERSEPHONE properat properatò, pallida pergit

*Paupertas, pestis probrosa, perhorrida prorsus*

*Proditio, pauitans ploratio, passio, planctus,*

*Perditio petulans, pador, pallòrque, pudòrque:*

*Plurima prætereà Phlegethontica phasmata pergūt,*

*Plorantes pariter pirata, prædonèsque,*

*Procurrunt plures Polyphemi, Porphyriones,*

*Præ-*

*Præproperè patriámque petunt, propriósque penates,  
Pertasi PACEM, pertristes, perturbati:*

*Præcipitántque pedes pugnatores peregrini,  
Partiti peras, pradáque potente potiti,  
Parmas portantes pergrandes, plumbea pila,  
Pyrobolos, petasos perferratos, pharetrásque.*

*Prisca polo PROBITAS, PIETASQUE proba-* Religio-  
nis effe-  
ctus.  
*ta parentum*

*Procedens, plebem periuram, perniciosam  
Profligat, PAPHIÆ peruerso pocula philtro  
Plena propinantem; perhonestum pérque pudicum  
Perviciet populum; passim prostrata parabit  
Phana PANOMPHÆI pelagique polique potentis,  
Propositóque pio, patrum proavúmque penates  
Prudenter positos pralatis presbyterísque,  
Plura procestria PETRI, pulvinaria PAVLI,  
Percelsiq; polis præfectorum PARADISI,  
PANCRATII, PROCLI, POLYCARPI, PAN-  
TALEONIS,*

*PATRICH, PRISCI, PRAXEDIS, PASCHASIIQUE.*

*Publica PROSPERITAS procedit palliolata,* Felicitas  
publica.  
*Pauperiem pellens, pedetentim, prospere  
Pyxide PANDORÆ profundit plurima PLVTI  
Præmia; per procerum priuatorúmque penates,*

*Per*

*Per penetralia, p̄erque palatia prapositorum  
 Primatum, passim plenissima prandia prabet,  
 Pocula proponit phialis pradulcia: puris  
 Porphyrius pateris pergrata phalerna propinat;  
 Potatur PACIS pro prosperitate perenni,  
 PONTIFICIS, PATRIS PATRIÆ, PROLISQ. PHILIPPI.*

Nauiga-  
tio.

*PORTVNVS purgat portus, pontésq. PALÆMON  
 Pro provis pandens peregrinis, ponticolaq.  
 PHOCÆ, pergrandes PISTRICES, PELAMIDESq.,  
 POLINOË, PERIBOEA proterua, PERVSA, PIONE,  
 PROTOMEDVSA, procax PROTO, PANO-  
 PEAQ. PRYNO,  
 PHYSETER, PROTEVS, PHORCVS, PHOR-  
 CIQ. phalanges*

Merca-  
tura.

*Proflinunt ponto, plaudentes prospiciuntque  
 Pacatum pelagum, piratis purgatúmque.  
 Percurrunt pontum puppes, piceique phaseli,  
 Plurima portantes pretiosi pondera PLVTI,  
 Persica poma, piper, perrari pondera plura  
 Pigmenti, plumas Peruianas, plumbea pila,  
 Perdices, porcos, pullos, picas Peguacas,  
 Pauones pictos, pyra, Pontica pruna, pyropos,  
 Purpureos pannos, Phrygio peristromata picta  
 Pollice, Paoniam panaceam, pardaliúmque.*

Pri-

*Primus pastorum PAN per pecuaria profert*

Agricultura.

*Pastorale pedum: palas, pingues paleasque*

*Pulcra PALES profert; priscoque PALILIA passu*

*PYRRHICHA per palearia pastorumque palastras*

*Proponit: pariter PILVMNVS PITVMNVSq;*

*Plaustra paluſtria procurant; per pradia pergunt*

*Pastores pecudum; pecudes per pascua, prati*

*Pabula percipiunt: pilenta, petorita pergunt*

*Primatum passim, pulso per prata pauore:*

*Pisciculis pedicas per pontum, perque paludes,*

*Pertenues ponit piscator; pomiferasque*

*Pampineasque putat plantas platanosque putator,*

*Plurima POMONÆ pomaria procurando.*

*Pro parmis pugilum pugnatorumq; PYRACMON*

Artium  
mecha-  
nicarum  
exercitia.

*Procidit palos, paganica plaustra; phalanges,*

*Pastomides, peltas perfringendo pharetrasque.*

*Pistrinum pandit pollintor, pollice panem*

*Pistores pinsunt, pulmentaque pinguia, pultem.*

*Prascia, persapiens populatrix publica PALLAS*

Iustitia  
politica.

*PALLADIUM profert; per plebis scita popellum*

*Procurat, per privilegia, pactaque Patrum,*

*Pramia promeritis, poenasque parando proteruis:*

*Praefectos plebi populares, publicolasque*

*Praeposit, praetores per praetoria passim.*

D

PIE-

Artium  
liberaliū  
studia.

PIERIDES PINDI placido psalteria pulsū  
Percutiunt, PHOEBVS plectrum; praconia psallit  
Pragmatici PACIS paranymp̄hi, praecipueque  
Principibus PATRIÆ PATRIBVS paana precatur  
Pindaricum, proprium, perdignum PHOCIDE,  
PINDO.

Promoti pueri, philomusi, padotribaq̄,  
Procopij, Procli, Ptolomai, Pausaniaq̄,  
Plurima Plutarchi paradigmata, plura Platonis  
Præclara Physices præcepta probata probantes  
Perdiscunt, pariter Pandectas perscrutantur:  
Perdiuina Prophetarum psalteria, plena  
Pneumate perspiciunt PARACLETO, perpoliuntque.

Pictura.

Historia  
belli præ-  
teriti.

Origo  
belli.

Pausiaco pulchrè pictores Protogenisque  
Peniculo pingunt prima primordia pugna,  
Principium planctus, pro posteritate perenni:  
Præstigijs picei PLVTONIS PERSEPHONESq̄  
Persuasu prauo peruersum perniciosè  
PIPPINI populum, PÆMANNOS, PLEVMSIOSq̄,  
PVRMERANDANI plebem PELAGI, PHRISIOSq̄;  
Pseudoprophetarum placito pia phana perusta,  
Pulsos pastores patria, parochosque probatos,  
Presbyteros profugos præsertim PONTICOLARVM,  
Pollutâsque piatrices, pallâque puellas

Par-

*Parthenica pulcras; perfecta piacula plura,  
Posthabitam priscam PISTIN, primam pietatem  
Prostratam penitus, phantasmata plura probata.*

*Pingunt productam PAMPLONA, PERPINIANO,  
PORTHMO, PANORMO, promontorióque PELORI,  
PARTHENOPE, PADVA, PARMA, PRÆNE-*

Aduetus  
DVcis  
AIBANI  
cum mi-  
lite ex-  
terno.

*STEQVE, PISA,  
POPVLIO, PENNA, PELLENO, PRÆCVTIOQVE,  
Permagnam peltastarum peditumque phalangem  
Primo percano PROCONSVLE progrediente:*

*Plurima precipiti pinguntque peracta phrenesi  
Prælia: prospicitur permistus pulvere pulvis,  
Pectore pectus, pes pede pressus, poplite poples.*

Bella sub  
DVCE  
ALBANO  
gesta.

*Post pactam PACEM, perfractam postea pingunt  
PHARSALICA pugnâ: post prælia pergraviora  
PRINCIPE præclaro PROCONSVLE, præpete PALMA*

Pax facta  
sub D. IO-  
ANNE AV-  
STRIACO

*Perculto PELOPONESI post prælia pugna;  
Principe PARMENSI PROCONSVLE, post-  
que PHYLARCHO*

Bellu re-  
dintegra-  
tum sub  
eodem &  
DVCE  
PARMEN-  
SI, & AR-  
CHIDVCE  
ERNE-  
STO.

*Primo PANNONIÆ, præclaro, pacificóque.*

*Pingunt PLVTONIS præcepto prodigiosi*

*Pernigro puteo PHLEGETHONTIS profilientem*

*PARCAM, pestifero perimentem pollice Patres*

*Prædictos, Patriæ patronos pervenerandos.*

Illorum  
mors.

ALBERTI  
& ISA-  
BELLÆ  
ARCHI-  
DVC. in-  
augura-  
tio & res  
gestæ.

*Pingunt praterèa* POLLUCEM PANCRATI-  
ASTEM,

AMBRO-  
SIVS SPI-  
NOLAMI-  
litia præ-  
fectus.

PORTVGALLIACVM *Proregem*, PANNONIÆQ.  
*Primatem*, *proavis præcelsis progenitumque*,  
*Praclaramque pia* PROLEM *probitate* PHILIPPI,  
PATRONOS, *protectores*, PATRIÆQ. PARENTES,  
*Præsidium plebi pressa præstare*, PHYLARCHO  
PANARETO *pulcro* PACTOLI *pulvere plena*  
*Prælia procurante*, *probo progressa paratu.*

Victoriæ  
Marchio  
nis Spi-  
nolæ.

*Pictus perspicitur plumatus* PARTHENOPÆVS  
PRINCEPS, *pugnaci* PELLÆO, PEGASEOQ.  
*Per similis* PHOEBO *postquam* PYTHONA *peremit*,  
*Per similis* PERSEI *pede pernici properare*,  
*Pellere*, *pungere*, *perdere*, *perterebrare phalanges*  
PONTICOLAS; *pariter panido percussa pauore*  
*Pectora pinguntur*, *plures per præta perempti*,  
*Præcisi poplites*, *planta*, *pugni que*, *pedes que.*  
*Præterèa pingunt pugnacula plurima pressa,*

Ostenda.

*Præcipuè* PROMONTORIVM, *pugnaxq;* *per amplum*,  
*Plenum peltæstis* PHLEGETHONTAEÆQ; *paludis*,  
*Pulueribus præmunitum*, *poris que pyræ que*  
*Prostratum*: *pulsos prædones*, *piratæ que*,  
*Postremò pingunt* PACEM *per pacta peractam.*

Concor-  
dia BEL-  
GICA.

PHAMA *para pennas*, *propera*, *per pascua perge*

PER-



PERSICA, per PHRYGIAM, PRIAMI per Pacis  
promul-  
gatio.  
*Pergama, pérque*

PANNONIOS, PONTI *populum, plebémque*

PELASGAM,

PENTAPOLIM, per PANCHÆOS, per PAM-  
PINEAM<sup>q</sup>,

*Pérque PHARI portus, per pradia PENTHESILÆ,*

*Pérque PALÆSTINAM, P ARIEDES, P AN-  
TICAPÆVM,*

*Per PHARISIS, per PERCOTES, PELOPEIA prata,*

*Proclama PACEM post plurima pralia pactam.*

*Pontifices, parochi, pralati, presbyterique,*

*Primates, primi plebis, puerique puella,*

*Pergratas proferte preces Patri Paradisi*

*Pronis poplitibus, pressis pugnisque precantes*

*Pro PATRIA, Patria Patronis, PRINCIPIBVSQVE,*

*Propacta PACIS progressu, prospèritate,*

*Perpetuò PATRIÆ perturbatrice profundo*

*PERSEPHONE puteo PHLEGETHONTIS precipitata,*

*Pressa pergrandi petra pedicâque perenni.*

PHOEBVS ad MVSAS.

*Pergite PIERIDES pacta praconia PACIS*

*Promere, PARCARVM primò POLYMNEIA profer*

*PACIS prasagum, perplexum pande poëma.*

D 3 PAR.

Gratiarū  
actio pu-  
blica pro  
concor-  
dia.

## PARCARVM VATICINIA.

Primum trium PARCARVM.

AVREA SATVRNI BELGIS CITO SECVLA LABI.

Secundum CLOTHVS.

ILLE BEAT CESTVS, RARAS CANE BELGIA LAVDES.

Tertium dicit ATROPOS.

CHRISTE CVBILE BEANS, TEDAS CVRATO IVGALES.

Quartum LACHESIS.

BELGICA VERA SALVS, CÆLI ES DIANA BRABANTI.

POLYMNEIA PARCARVM Vaticinia exponit.

*Hac noua fatidica cecinerunt carmina PARCÆ,  
Cum nati ARCHIDVCES venère in luminis auras  
AVSTRIACI, Princeps ALBERTVS, CLARA  
ISABELLA;*

*ARCHIDVCVM sunt hac anagrammata nuntia fati,  
Nuntia coniugij felicis, nuntia PACIS.*

Expositio primi Vaticinij.

ALBERTVS, ISABELLA, AVSTRIACI CONIVGES.

Anagramma.

AVREA SATVRNI BELGIS CITO SECVLA LABI.

Po-

POLYMNEIA duplici acrostichide SERENISS.

ARCHIDVCVM chronographica anni 1609. ad  
primum Vaticinium PARCARVM alludit.

AVREA SATVRNI BELGIS CLITO SECVLA LAB I  
 LatáqV enVnCVIdeas renoVarI In gaVdIa fLetV S  
 B eLgICa; GRADIVV s properans ad barbara regn A  
 E XtorrésqVe fVgIt gentes, regIonIs & ACHA B  
 R VrICoLas, fVgIVnt fVrIa, fraVs, Ira, fVrórqV E.  
 TVta qVles restaVrat agros, ASTRAEA trIbVna L,  
 V era fIdes aras; V IrtVs redIt haCtenVs eXV L:  
 S IC beat AVSTRIACVS BELGAS torVs, & noVa tadA.

MELPOMENES declaratio super

CLOTHVS Vaticinio.

ALBERTVS ET ISABELLA CLARA EGENIA DVCES.

Anagramma.

ILLE BEAT CESTVS, RARAS CANE BELGIA LAVDES.

MELPOMENE dictum Vaticinium explicat chro-  
 nico anni coniugij SEREN<sup>RVM</sup> ARCHIDVCVM.

heLLaI peCorIs fVgIens à VellerIs aXe,  
 Ibat In EVROPAE VeCtorIs LVCIDA PHOEBVS  
 SIDera, cum ARCHIDVCES raro connubia ritu  
 Concelebrant, varijs ornant qua NUMINA donis.  
 Misit HAMADRYADES, DRYADES, pulcrás-  
 que NAPÆAS

M. D.  
 XCIX.

TER-

TERRA parens, violas portantes, lilia, nardum,  
 Narcissosque, crocum, redolentia balsama, floris  
 Omne genus: ponto iussit NEPTUNVS in alto  
 NEREIDES gemmas piscari, diues arenis  
 Plus solito aurifluis tumidus TAGVS attulit aurum  
 PLVTONIS donum: monitu IOVIS attulit alto  
 Fatalem delapsa polo CYTHEREA nouumque  
 Cestum, mirificis bis sex quinisque decorum  
 Baccis, quem IGNIPOTENS venturi prascius auu  
 Fecerat, & CLOTHVS prasagum insculpserat omen:  
 ILLE BEAT CESTVS, RARAS CANE BELGIA LAVDES.

Felix connubium, felicia foedera quinis  
 BELGARVM & bis sex populis, quos dira coëgit  
 TISIPHONE proprios flammis abolere penates,  
 Mutuâque insano grassari in viscera ferro.

Nunc vos alma QVIES, PAX, & CONCORDIA nutrit.  
 PRINCIPIS hoc opus ALBERTI, qui sanguine cretus  
 AVSTRIACO, prognatus auo, patre, CÆSARE, ducta  
 Coniuge REGALI, factis & nomine CLARA,  
 Bella fugat, MARTEM pellit, ciuilia tollit  
 Arma, intestinos componens foedere motus.

Vivite felices tali sub Principe BELGÆ,  
 Vivite concordēs; nec vos discordia frangat  
 Amplius, aut cæcus qui bellum suscitatur error.

CALLIOPE declarat Vaticinium quod  
prædixit ATROPOS.

ALBERTVS, ISABELA, ARCHIDV CES ET CONIVGES.

Anagramma.

CHRISTE CVBILE BEANS, TEDAS CVRATO IVGALES.

Vaticinij interpretatio, in qua frequens acro-  
stichis SERENISS. PRINCIPVM  
ALBERTI & ISABELLÆ.

<sup>1</sup> ALBERTVM	<sup>2</sup> Afficiens	<sup>3</sup> Amor	<sup>1</sup> AVSTRIVM ab	<sup>1</sup> Aëris axe,
<sup>2</sup> Laureola	<sup>2</sup> Latum	<sup>2</sup> Lusitana,	<sup>2</sup> Lædere	<sup>2</sup> Longo
<sup>3</sup> Belligeros	<sup>3</sup> Bello	<sup>3</sup> Batauos	<sup>3</sup> Blandosque	<sup>3</sup> Britannos,
<sup>4</sup> E dere &	<sup>4</sup> Eximij	<sup>4</sup> Exemplum	<sup>4</sup> Excubitoris	<sup>4</sup> Exquestres;
<sup>5</sup> Romano	<sup>5</sup> Rasum	<sup>5</sup> Ritu,	<sup>5</sup> Rubro	<sup>5</sup> Reuerendum
<sup>6</sup> Tegmine,	<sup>6</sup> Tedarum	<sup>6</sup> Thalami	<sup>6</sup> Tædere	<sup>6</sup> Toriq̄ue,
<sup>7</sup> Viuere	<sup>7</sup> Virgineam	<sup>7</sup> Vitam;	<sup>7</sup> Viridantia	<sup>7</sup> Vibrat
<sup>8</sup> Spicula:	<sup>8</sup> Suspiciens	<sup>8</sup> Subitò	<sup>8</sup> Sua saucia	<sup>8</sup> Sensit

<sup>1</sup> I nterna;	<sup>1</sup> I nclamans,	<sup>1</sup> I nfans	<sup>1</sup> I SABELLA	<sup>1</sup> I uuabis,
<sup>2</sup> Si	<sup>2</sup> Suspiranti	<sup>2</sup> Sis sponso	<sup>2</sup> Sponsa.	<sup>2</sup> Statimq̄ue
<sup>3</sup> Audiit;	<sup>3</sup> Ardet amās,	<sup>3</sup> ALBERTI	<sup>3</sup> Acceptat	<sup>3</sup> Amorem.
<sup>4</sup> BELGICA	<sup>4</sup> Blandiloqua	<sup>4</sup> Burgū dica	<sup>4</sup> Basia	<sup>4</sup> Bucca
<sup>5</sup> Eloquere	<sup>5</sup> Exultans,	<sup>5</sup> Extolle	<sup>5</sup> Encomia,	<sup>5</sup> Et effer.
<sup>6</sup> Luciferi	<sup>6</sup> Luces,	<sup>6</sup> Lunarum	<sup>6</sup> Lumina	<sup>6</sup> Longa,
<sup>7</sup> Lustraque	<sup>7</sup> Longaui	<sup>7</sup> Lethali	<sup>7</sup> Libera	<sup>7</sup> Luctu
<sup>8</sup> AVSTRIACI	<sup>8</sup> Afficiant:	<sup>8</sup> Augustum	<sup>8</sup> Ac	<sup>8</sup> Archiducale

CHRISTE CVBILE BEANS, TEDAS CVRATO IVGALES.

E THA-

THALIA pandit Vaticinium LACHESIS.

ISABELLA CLARA EVGENIA DVCISSA BRABANTIÆ.

Anagramma.

BELGICA VERA SALVS, CÆLI ES DIANA BRABANTI.

THALIÆ expositio chronographica super  
LACHESIS Vaticinio anni 1609.

regIs FERNANDI Consors ISABELLA Virago,  
herolIna sVI saCLI deCVs eXtItIt, atqVe  
HesperII tVteLa soLI, qVando hostIs abIVIt  
Vrbe GRANATANA Capta: tV CLARA ISA-  
BELLA,

Vt nVbes DIANA fVgans CIVILIA beLLa,  
BELGICA VERA SALVS, CÆLI ES DIANA BRA-  
BANTI.

CLIVS sex præfagia chronographica noui  
FOEDERIS BELGICI, ad SERENIS-  
SIMOS ARCHIDVCES.

I.

AVSPICIIs ALBERTE tVIs fera beLLa qVie-  
scVnt,

PAX & LeX Veniant, IVstItIa, aLMa  
CERES.

De-

I I.

DeCVrvVnt fVrIa CoCIItI In stagna, bIfron-  
tIs

DVX IANI AVSTRACVS fanáqVe CLAVsa  
tenet.

I I I.

ARCHIDVCEs beLLIqVe abIgVnt oDIIqVe  
tIIrannos,

EXorIens Vt soL nVbILa LVCE fVgat.

I V.

AXIs erIt gLaDIVs, faLX CVspIs; CassIDE  
aratVr:

QVæ fVIt InbeLLIs LanCea, VerrIt agros.

V.

LaVs ILLa ALBERTO, qVI beLLa & sVstVLIIt,  
atqVe

DISIVnctos IVnXIIt paCe, qVIete, fIDE.

V I.

EXVLtent Isto, VIVant & prIncIpe BELGÆ,

AVspICE qVo MARTIS bVCCIna VbIqVe  
sILet.

TERPSICHORES quinque Chronographica  
de Inducijs, ad SER<sup>MOS</sup> ARCHIDVCS.

I.

EXorItVr IANVS noVV's; Is bona gaVDIa CVn-  
CtIs

NVnCIat, InDICens sãCLa qVIeta fore.

I I.

SIIDerIs aspeCtV LeVIorI, CernItVr ather  
ECCereDVX; PAX est, sanCtãqVe IVstItIa.

I I I.

EXILIo appeLLata VenIt PAX, eXVLat &  
MARS,

VVLCANVS faber, & beLLICA PERSE-  
PHONE.

I V.

LVCiferVM seqVItVr soL, nVbes CLarIor  
nër;

RIXas sIC pIa PAX, trIstIa beLLa qVIes.

V.

FaX beLLIeXtInCta est; aLtIs sVnt tVrrIbVS  
Ignes,

HosfeCIt PAX, & paCIs aMICa qVIes.

THE-



THEMIDIS duo Vaticinia, haecenus occulta,  
EVTERPE luce donat.

I.

— VI MAVORS NOBILIS ARMA,  
PACIS HONOR FIES. —

II.

NISVS, SAMPSON, VINDEXT, ROSA VERIVS ALBA.

Eadem Vaticinia EVTERPE illustrat, & consecrat  
EXCELLENTISS. PRINCIP. AMBROSIO  
SPINOLÆ, aurei Velleris Equiti, Marchioni  
Venafrio, Duci Sanseueriano, supremo mi-  
litia Præfecto, Felici, Victori, Pacis Belgicæ  
Promotori.

*Hæc præfaga tibi cecinit THEMIS, admirandum  
OLIGVRVM decus, atque tui noua gloria sæcli  
SPINOLA, tunc cum natus eras felicibus astris.*

Primum Vaticinium exponit.

AMBROSIOS SPINOLA MARCHIO VENAFRIVS.

Anagramma.

VI MAVORS NOBILIS ARMA, PACIS HONOR FIES.

Acrostichide ad EXCELLENTISS<sup>MVM</sup> PRINC.  
AMBROSIVM SPINOLAM,  
idem Vaticinium declarat.

ALCIDEM fecit celebrem LEO, CERBERVS, HYDRA,  
Monstrag<sup>s</sup> quæ victor compressit vindice dextra;  
Bellua Dædalij labyrinthe inclusa cavernis,  
Regis ATHENARVM præclaram THESEA prolem;  
Oppressum ANDROMEDÆ monstrum, secta ora  
MEDVSÆ,  
Sublimem pedibus, summo IOVE PERSEA natum;  
Ictus Pythonis, PHOEBVM. Tu SPINOLA BELGIS  
Verus es ALCIDES, THESEVS, PERSEVS,  
PHOEBVS g<sup>s</sup>.

Septenam aggrediens belli Ciuilis ERINNYN  
Supprimis: exercens VI MAVORS NOBILIS ARMA,  
PACISHONOR FIES. memorãs tua BELGICA facta,  
Immortale tuum celebrabit carmine nomen:  
Ne caries, vel tempus edax, aut longa vetustas  
Omnia corrodens tua destruat acta; TROPHÆA  
Laudis honora tua, & vari monumenta laboris  
Attollet calo, Pario de marmore structa.

Mœnia præcipuè picta OSTENDANA videntur  
Annis ic̄ta tribus, tanto defensa cruore,

Rupta,

Rupta, recepta tuo conatu; BATTAVICI<sup>q</sup>  
 Concisi ad SCHALDISripam, longo ordine ducti  
 Hostes captiui: defensa ANTVERPIA, tuta  
 Insuper & GANDAVA, nouo conamine ponte  
 Oceanus stratus, FRISONVM bella acta per oras,  
 Victa OLDENSELA, & LINGENSIA mœnia capta,  
 Et WACHTENDONCÆ, GROLLÆ, CRA-  
 COVICA castra,

Notâq; Rheniflua tot propugnacula BERCÆ.  
 Aspicitur pictis volitans super aëra pennis  
 FAMA, tubas inflans, tantarum nuntia verum:  
 Ramum de PALMÆ folijs LAVRI<sup>q</sup> uirentis  
 Insignem portans VICTORIA, pandit HONORIS

Delubrum, effigies in quo tua cernitur, atque  
 Victori passim tibi tradita pendula circum  
 Xenia, tum rapti conciso ex hoste triumpho:

Suspensa galeæ, clypei, thoraces aheni,  
 Armæque, diuersis vexilla ornata figuris,  
 Nigrantis ferri glandes, tormenta, rotaq;<sup>q</sup>,  
 Tridentesq; tubæ, cana tympana, classica, sistra;  
 Ex ære, ex auro, quercu, myrtôque corona,  
 Virtutis, bellique tui decora alta peracti;  
 Et qua composita supereminet omnia PACIS

Rara,

*R*ara, per innumeros circumdata GLORIA plausus.  
*I*sta videns monumenta tui depicta laboris,  
*A*tque armis acquisitas vel PACE coronas,  
*N*on ingrata canet latum pæana nepotum  
*V*ictorem laudans post funera serior atas,  
 SPINOLA te, noménq; tuum, tua facta perennans.

EUTERPE proponit alterum Vaticinium  
 THEMIDIS.

AMBROSIUS SPINOLA, DVX SANSEVERIANVS.

Anagramma.

NISVS, SAMPSON, VINDEX, ROSA VERIVS ALBA.

EUTERPE'S expositio dicti Vaticinij  
 ad EXCELL<sup>MVM</sup> PRINC. AMBROSIUM SPINOLAM  
 DVCEM SANSEVERIANVM.

*N*ISVS & *E*VRYALVS Troiani, moribus ambo,  
*A*mbo animis, atate pares, & fortibus ausis,  
*M*arte pari RVTILOS oppugnauere, potiti  
*V*ictores spolijs, & multa laude decori.  
*O*ccubuit primò *E*VRYALVS, sed funeris ultor  
*E*xtitit extemplo *N*ISVS, qui vindice ferro  
*V*ltrices sumpsit de hostili sanguine pœnas.

*E*VRYALVS FREDERICVS erat, qui laudis amore

Pro

*Pro REGE atque FIDE pugnans, decessit in ipso  
 VICTOR conflictu. Tu vivida MARTIS imago  
 AMBROSI NISVS, fraternos protinus hostes  
 VINDEX insequeris, cogis SAMPSONIS ad instar  
 Non ficta trepidare fuga: VICTORIA constans,  
 Et FORTVNA comes felix tua classica semper  
 Et lituos sequitur: conatus fixus in omnes  
 Continuus comitatur HONOS, siue Aegide tutus  
 PALLADIA, aut clypeo MAVORTIS, in obuia  
 curris*

*Agmina, denicens consuetos vincere; siue  
 Castra locas, siue accelerans inopinâque multis  
 Instruis arma locis, rarâque indagine & astu  
 Mœnia multiplici cingis munita labore.*

*Magnus amor Belli tuus est; sed maior amata  
 PACIS, & eximia, quam dat CONCORDIA,  
 lauri:*

*Vt ROSA qua spinis pungit, delectat odore;  
 Sic NISVS, SAMPSON, VINDEX, ROSA VE-  
 RIVS ALBA,  
 Gaudia conduplicas & bello, & PACE perenni.*

AMBROSIO SPINOLÆ,  
HEROI INCLYTO  
DVCI FORTISSIMO  
ob expugnatam OSTENDAM  
Epinicium.

**D**VM Marte ancipiti terrâque marique  
cohortes  
Austriacæ oppugnant OSTENDAM,  
sanguine riuu

Vndique decurrunt, densantur funera, Iberus  
Permissus moritur Gallis, Gallique Britannis,  
Mattiacis Itali & Catti, Cattisque Sicambri;  
Innumeros mors atra rapit, necat igne, bipenni,  
Peste, undis, gladio, Autumni quot tempore primo  
Siluestris frondes ventis icta exiit arbor.

Quos ut conspexit properantes portitor Orci  
Cocyti ad stagna alta CHARON, precibusq; rogantes  
Tendentisque manus ripæ ulterioris amore,  
Accedit celeri cursu MINOA, & anhelos  
Gutture conclamat: Quidnam concursus ad amnem  
Insolitus sibi vult? rursumne ad PERGAMA gentes

EVROPÆ atque ASIÆ pugnant? ciuilia rursus  
 Bella gerunt socer atque gener? vel forsitan extat  
 Altera Cannensis clades? aut perditur omne  
 Diluuium mortale genus, peste, atque veneno?  
 Si non, unde hominum tantus concursus ad imas  
 Has Phlegethontis aquas? iam tertius integer annus  
 Voluitur, ex quo nulla mihi nostræq; carina  
 Concessa est requies, nostri nec metæ laboris  
 Apparet, numerus venientium crescit in horas.  
 Cui MINOS: Annose CHARON, non futilis ista  
 Quæstio: nos omnes eadem miratio cepit  
 Quos penes arbitrium est EREBI, cum vidimus istud  
 Innumeris plenum varia de gente tribunal  
 Spiritibus, certum excidium finemque putantes  
 Humani generis; donec CATTRICIVS heros,  
 Vir magnus bello, vir fortis, miles & acris,  
 Hæctoris effigies verissima, imago GRADIVI,  
 Venit ad has oras, qui dixit bella cruenta  
 FLANDRIACIS peragi campis, sub mœnibus altis  
 OSTENDÆ: quæ cincta mari, defensa feroci  
 Milite, & aggeribus, bello insuperabilis arx est.  
 Illi fors urnæ tribuit loca amœna, vireta  
 Fortunatorum procerum, qui fortibus ausis  
 Pro PATRIÆ vallum sese fecere salute.

Nos Verò ardentes finem certaminis huius  
 Scire, & an humana foret expugnabilis arte  
 OSTENDA, atque cui decus illud fata reseruent,  
 Misimus Elysios ad campos MORPHEA, Vatis  
 TIRESIÆ ut referat responsa arcana, futuri  
 Euentus belli. Ille celer mandata facessens,  
 TIRESIAM inuenit viridanti in valle sedentem  
 Cum MVSÆO, ATLANTE, ORPHEO, THA-  
 LETE, LINOꝝ  
 Atque Syracosio sene, PYTHAGORA, PHERECYDE:  
 In medio VRANIE referebat temporis acta  
 Prateriti, imprimis MVSÆI carmina, quondam  
 In mortem cantata tuam, Rex magne PHILIPPE,  
 Aduentum ARCHIDVCISꝝ ALBERTI ad  
 Belgica sceptrā.

MVSÆI Chronographica in obitum PHILIPPI II.  
 Regis Catholici, qui vita functus anno 1598.

Primum ad Symbolum eius alludit,

NEC SPE NEC METV.

I.

Constans Vita fVIt, Constans Mors, gLorIæ  
 Constans;  
 Vt sVpero Constans tV bonVs aXe CVbas.

Vt



I I.

Vt CLarIs soCIanDVs aVIs reX astra PHI-  
LIPPVS

ConspICIt, ERIGONE soL tVVs hospes aDest.

I I I.

PHOEBVS CaLICOLa perLVstrans VIrGInIs  
IgNeM,

ConspEXIt LVgens bVsta PHILIPPE tua.

I V.

spIrItVs aLta petIt, sVnt CorporIs eXta sepVL-  
Cro

CLaVsa, tVIs sCeptrIs terMINVs orbIs erat.

V.

ortVs & oCCAIVs, Boreas & CarVLVs  
AVster

pLanXerVnt CIneres Magne PHILIPPE  
tVos.

V I.

ItaLVs, & sICVLVs, LVsItanVs, BeLgICa,  
IberI

MaVsoLea parant bVsta, preCésqVe tIbI.

V I I.

Vrna tegIt CIneres, CaLIconVeXa tVetVr

spIrItVs, hIc sCeptrI fãMa sVperstes erIt.

F 3 CVn-

## V I I I.

*CVncta PHILIPPE tIbI CessIt reX regna*

*PHILIPPVS*

*MortVVs, Vt sVperIs regna parata CoLat.*

Eiusdem MVSÆI alia duo chronographica. Prius continet annum 1598. quo BELGICÆ provinciae Sereniss. ARCHIDVCI ALBERTO commissæ.

*DVX ALBERTE tIbI InferIor bona BELGICA*

*CeDet,*

*VXorIs CLara DôsqVe erIt ILLa tVa.*

Posteriorius annum 1596. designat, quo CALETVM, ARDEA, & HVLSTVM, ALBERTO duce expugnata.

*ICCIa seD prIVs arX, ICta & sVperata CA-*  
*LETI,*

*ARDEA QVE, Vrbs HVLSTI, LaVrea ferta*  
*ferent.*

*Vates TIRESIAS venientem vt MORPHEA*  
*vidit,*

*Agnoûtque via causas, arcana figuris*

*Conscripsit responsa nonis, hacq<sub>3</sub> edidit arte.*

PANEGYRICVS PARNASSICVS. 47

SPINAS.

SPINAS.

ALONIPSSASOMILS LIMOSASSPINOLA  
 LONIPSSASOMILS ISLIMOSASSPINOL  
 ONIPSSASOMILSIGISLIMOSASSPINO  
 NIPSSASOMILSIGNGISLIMOSASSPIN  
 IPSSASOMILSIGNANGISLIMOSASSPI  
 PSSASOMILSIGNARANGISLIMOSASSP  
 SSASOMILSIGNARFRANGISLIMOSASS  
 SASOMILSIGNARFÆFRANGISLIMOSAS  
 ASOMILSIGNARFÆDÆFRANGISLIMOSA  
 SOMILSIGNARFÆDN DÆFRANGISLIMOS  
 OMILSIGNARFÆDNE NDÆFRANGISLIMO  
 MILSIGNARFÆDNET EN DÆFRANGISLIM  
 ILSIGNARFÆDNETS TENDÆFRANGISLI  
 LSIGNARFÆDNETS OSTENDÆFRANGISL  
 ILSIGNARFÆDNETS TENDÆFRANGISLI  
 MILSIGNARFÆDNET EN DÆFRANGISLIM  
 OMILSIGNARFÆDNE NDÆFRANGISLIMO  
 SOMILSIGNARFÆDN DÆFRANGISLIMOS  
 ASOMILSIGNARFÆDÆFRANGISLIMOSA  
 SASOMILSIGNARFÆFRANGISLIMOSAS  
 SSASOMILSIGNARFRANGISLIMOSASS  
 PSSASOMILSIGNARANGISLIMOSASSP  
 IPSASOMILSIGNANGISLIMOSASSPI  
 NIPSSASOMILSIGNGISLIMOSASSPIN  
 ONIPSSASOMILSIGISLIMOSASSPINO  
 LONIPSSASOMILS ISLIMOSASSPINOL  
 ALONIPSSASOMILS LIMOSASSPINOLA

SPINAS.

SPINAS.

Vidit & obstupuit MORPHEVS, nec schematis huius  
Perplexum cepit sensum; cui protinus insit

VRANIE: OSTENDÆ victorem monstrat &  
annuum

Schema, sub implicito & vario per carmina  
tractu:

Sed veluti haud facili sunt inuenienda labore,  
Sic magno veniet sudore hac parta corona.

Pugna recrudescet prius, & pugnabitur intra  
Atque extra terram; fiet specus atque cauerna

Vrbs, saxis validaque ruent testudine muri

Confracti, aggeribus iungentur valla, trabesque

Ferratis trabibus nectentur, vinctibus atque

Cratibus opponent crates, pluteos pluteisque;

Vinea sambucis obstabit, tela sagittis,

Ballista funda iaculis, umbonibus umbo.

Tandem post varios indefessosque labores

Chronographicum OSTENDÆ expugnatae.

An. M.  
D.C. IV.

ostenDa frangIs LIMosas spInoLa spInas.

Sed non meta tua virtutis & extat honoris

Terminus hic; maiora tibi felicia spondent

Astra, reseruarunt alias tibi FATA coronas,

Et varias belli Laurus, & PACIS oliuas:

Quas

*Quas chorus Aonidum versu prædixit, & ipsa  
Mater MNEMOSYNE tabulis inscripsit ahenis.*

NOUEM MVSARVM chronographica de victo-  
rijs excellentiss. Marchionis SPINOLÆ  
post deuictam OSTENDAM.

Prima VRANIE irritum hostium conatum  
in ANTVERPIAM decantat.

*LXX hæc qVæ BATAVAS VIDet aDVentare 1605.*

*Carinas,*

ANTVERPÆ oCCIIs hæc oVat & BATAVIS.

MELPOMENEVENIENTI ANTVERPIAM MAR-  
CHIONI gratulatur, & SCHALDIM tabulis  
ab eodem sternendum præfagit.

*FLanDrICVs ALCIDES ANTVERPÆ SPI- 1605.*

*NO LA portVs*

*Vt serVet, fLVVIVs ponte reCLVSVs erIt.*

THALIA LINGENSIS castri expeditionem  
posteritati consecrat.

*teVICtrIX Hispana phaLanX DVCE VaDIIt 1605.*

*In Vrbes*

*et popVLos FRISIAE, LINGICA septa CapIt.*

G CLEIO

CLEIO OLDENSELAM occupatam extollit.

1605. OLDENSELA DatVr, CervICES fascIBVs  
VLtrò  
sVbIICIt, & Voto seqVe sVósqVe tVo.

VVACHTENTONCVM opidum & CRA-  
COVIÆ castrum eodem duce expu-  
gnata profert ERATO.

1605. VVACHTENTONCA rVIs, fortIsqVe CRA-  
COVIA: s̄pInIs  
InVIA Magne tVIs SPINOLA nVLLa VIA est.

Ob GROLLAM receptam & obsidione li-  
beratam adplaudit TERPSICHORE.

1606. GROLLA reCepta fVIt, rVrsVs VeXata; seD  
hostIs  
perCVLsVs CeCIDIt, te Veniente fVgIt.

EYTERPE BERCAM opidum arte & natura mu-  
nitum DVCI SPINOLÆ cedit.

1606. BERCA, seCVnDa OSTENDA LICet foret,  
eXtItIt à te  
EXpVgnata, nVsIs VICta sVbaCta tVIs.

POLYMNEIA benè ominatur de DVCIS SPINOLÆ ad Ordines HOLLANDICOS, publicæ tranquillitatis caussa, discessu : idque duobus chronographicis. Priore annum complectitur:

SPINOLA *pa*Cator BATAVAS *VbI* *pergIt* In 1608.  
*Vrbes,*

OMIne *ter faVsto nIX fVgIt atqVe geLV:*  
 SIC GRADIVE *feroX, téqVe ô* BELLONA  
*fVgabIt*  
*FædVs, & eX Ipsa* PACE *reVIsa qVies.*

Altero mensem insuper & diem  
 quo profectus est.

ortV *septeno* PHOEBO *apparente sVb* Vrna,  
*FrIgora deCedVnt, soLVItVr aCre geLV:*

27. Ian.  
 1608.

ortV *septeno* PHOEBO *apparente sVb* Vrna,  
*LegatVs* PACIS SPINOLA *VadIt oVans.*  
*FeLIX aVgVrIo, VentVra praSCIA* sortIs,  
*ILLa dIes aLbo dIgna CoLore fVIt.*  
*Vt frIgVs, nIX aLba, geLV se separat aStV;*  
*Fædere* SIC *aCto, BELLICVs* horror *abIt.*

CALLIOPE prælagium in aduentum MARCHIONIS ANTVERPIAM, caussa subsecuti fœderis, duplici chronographico.

I.

1609. CLARA DeCorato LVX peLLIt ab aere nVbes,  
ANTVERPAE Vt portVs DVX SPINOLA  
paCIfer Intrat.

I I.

AVgVrIo ADVATICAE eX VotIs, sIC beLLa  
fVgata  
BELGICA; rara qVies eX Ista paCe reDIBIt.

Eadem CALLIOPE fœdus BELGICVM auspicio & præsidio MARCHIONIS SPINOLAE sancitum canit.

I.

1609. SPINOLA te foLIIs CIngIt VICToria LavrI;  
paX qVoqVe: Ita DVpLeX Lata Corona  
DatVr.

I I.

FeLIX MARS erat, & feLIX VICToria; fe-  
LIX  
paX patroCIInIIs Cæpta, peraCta tVIs.

Vt



## I I I.

*Vt Caret InterItV VIVaX tVa gLorIa BeLLI,  
sIC eXpers CasVs noMIne PACIs erIs.*

**H**ÆC resþonsa tulit MORPHEVS, hæc omnia  
PARCÆ

*Confirmant: fiet successu temporis horum*

*Cognita fatorum series, fortuna latentem*

*Nunc tegit euentum. Quæ dum consultæ CHA-  
RONTI*

*Enarrat MINOS, Dux SPINOLA nobilis instat  
Fortiter OSTENDÆ, murósque inuadit, & hostes  
Pellit ab aggeribus, vallóque includit, & arctat.*

*Non illum incepto deturbant saxa, nec ignes  
Pulvere sulphureo iaculati mœnibus, aut vis  
Ventorum, aut imbres, crebræ pelagique procellæ;*

*Non frigus, non acce gelu, non Sierius æstu,*

*Vel solis radij, vel nox somnúsque negatus*

*Et requies membris: sed mens infracta labore,*

*Cura vigil, virtus HEROICA nescia flecti*

*Perstat, & obdurat, donec cervice reflexa*

*Hostis ad obsequium venit victoris, & urbem*

*Tradidit OSTENDÆ quam non vis Martia ternis*

*Expugnare unnis potuit, tua SPINOLA certis*

54      CONCORDIÆ BELGICÆ  
*Mensibus expugnat manus. O victoria felix,  
Mœonijs celebranda metris grandique cothurno!  
Suspicit hanc præsens atas, mirabitur ævum  
Posterius, noménque tuum venientia sæcla.*

SIBYLLÆ EUROPÆÆ de BELGICA quin-  
que Vaticinia hæctenus incognita.

I.

HEROS PARNASI, NOSTRI DECUS AEVI.

II.

I, MARS, SENESCIS, VENIAT CONCORDIA.

III.

INSINVANS SERE RELIGIONIS, PACIS AMOREM.

IV.

O VIR VIVE DIV, TER CLAUDENS OSTIA IANI.

V.

RARVS DONO, ABIGENS ASSERTOR BELLA QUIETE.

VRANIA declarat primum SIBYLLÆ  
EUROPAEÆ Vaticinium.

V. IOANNES RICHARDOTIVS PRAESES.

Anagramma.

HEROS PARNASI, NOSTRI DECUS AEVI.

Eius

Eius expositionem acrostichicam dicat Amplissimo Viro D. IOANNI RICHARDOTIO Equiti, D. de BARLY, sanctioris Consilij PRAESIDI, PACIS LEGATO.

I ntendunt dum vela Noti, frangitque rudentes  
 O buersasque mari provas demissus ab antro  
 A fricus ÆOLIO, fluctusq; ad sidera voluit  
 NEPTVNO turbante salum; tunc emicat ille  
 N auclerus, laceram qui ducit ab aquore puppim,  
 E t tuta statione locat. sic BELGICA dudum  
 S anguineo triplici BELLONAE pulsa flagello,  
 R upta velut navis, ventis ac fluctibus acta,  
 I n tuto PACIS portu pacata quiescit  
 C onsilio factoque tuo, CLARISSIME PRAESES,  
 H EROS PARNASI, praestans NOSTRI DECUS AEVI.  
 A nguicomae triplex FVRIAE exitiale flagellum  
 R upisti triplici nunc PACIS foedere: terna  
 D ant CHARITES triplices Lauri de fronde coronas,  
 O rnamenta tua virtutis rara decora.  
 T otus honore tuo resonat PARNASVS, & omni  
 I ngenio, ore, metro, cithara te MVSA celebrat.  
 V ine diu felix, ut BELGICA PRAESIDE tali  
 S it felix, securamali, securam quietis.

CHARITVM præfagia chronographica ad  
Ampliff. PRAESIDEM IOANNEM  
RICHARDOTIVM.

Primum THALIAE de PACE GALLICA.

*pLaVSVS VbiqVe fVIt BELGIS, tIbI LaVS, VbI  
PACEM  
sIgnarVnt reges, FRANcICVS, HESPERICVS.*

Alterum AGLAIAE de PACE ANGLICA.

*ConDVpLICant pLaVSVS, qVa tota BRITAN-  
NIA sanXIIt  
fœDera, & eX ILLIs LaVS tIbI Cara VenIt.*

Tertium EUPHROSYNES de PACE BELGICA.

*EXpeCtata IgItVr VenIet PAX tertIa, & ILLa  
LaVDésqVe, & CVnctIs gaVDIa perfIcIet.*

VRANIA profert SIBYLLAE EVROPAEAE  
secundum Vaticinium.

IOANNES MANCICIDORVS, A SECRETIS.  
Anagramma.

I, MARS, SENESCIS, VENIAT CONCORDIA.

Idipsum acrostichide explicatū defert Ampliff.  
 Viro IOANNI MANCICIDORO SERENISS. AR-  
 CHIDVCIBVS à Secretis, PACIS caduceatori.

**I**n mundo constans nihil est: RHAMNVSIA vultu  
**O**rbe inconstanti versans, variatque tenorem  
**A**lternatque vices; nunc dulcia gaudia prabet,  
**N**unc quoque tristitiam. PHOEBVS post nubila noctis  
**N**igra redit: Bruma succedunt tempora Veris;  
**E**xcipit hæc Aestas, illamque Autumnus: in orbem  
**S**ic solet aternus rerum conuertier ordo.

**M**ARS quoque qui stygio quondam demissus ab antro  
**A**rces BELGARVM populatus & arua fuisti,  
**N**unc tandem annorum post octo lustra SENESCIS,  
**C**um Furijs fugiēs. Igitur CONCORDIA Laurum  
**I**n signem portans VENIAT, securæ pericli,  
**S**tranit iter tutum nunc MANCICIDOR Iberus,  
**C**onsilio prudens, facundus, & ore disertus,  
**I**ngenioque valens: aduentum expectat, & optat  
**D**VX ALBERTVS amans PACEM, MAVORTIS &  
**O**ptatos igitur mostret CONCORDIA vultus. (osor;  
**R**elligio comitetur eam, PIETAS ḡ, FIDES ḡ,  
**V**BERTAS, secunda CERES, POMONA, PALES ḡ,  
**S**ILVANVS, FAVNVS, PAN, pleno COPIA cornu.

H Eiuf-

Eiusdem VRANIÆ chronicus applausus PA-  
CIS, isq̄ue triplex, Ampliss. SERENISS.  
ARCHIDVCVM Secretario exhibitus.

I.

ACCiPe pLerios fLores à PACIS honore,  
ManCICItor honos nobILLIs HESPERIAE.

II.

CIVICa PAX eXornat LaVro, aVróqVe PHI-  
LIPPVS,  
VI tenet HESPERICI MartIa sCeptra  
soLI.

III.

ELigIt ALBERTVS prInCeps te, BELGICA  
honore  
pLaCata attoLLet, noMen ad astra feret.

VRANIA explicat tertium Vaticinium  
SIBYLLÆ EVROPAEAE.

R. P. IOANNES NEI, COMMISSARIVS GENERALIS.  
Anagramma.

INSINVANS SERE RELIGIONIS, PACIS AMOREM.

Ter-

Tertium SIBYLLÆ EVROPÆÆ Vaticinium R<sup>do</sup>  
 P<sup>ri</sup> IOANNI NEI Commissario Seraphici Ordinis,  
 PACIS paronympho, VRANIÆ fauore ad-  
 scribitur. In cuius explicatione in lucem pro-  
 fert acrostichidem prognosticam ipsius SI-  
 BYLLÆ de statu BELGICÆ florentis, lapsæ,  
 & tandem restitutæ studio & industria præfa-  
 ti R. P. NEI.

BELGICA flos mundi, dexter florentis ocelle  
 EVROPÆE, cumulata bonis, prædiues honorum  
 Laude, DEI cultrix FIDEI<sup>q</sup>, in PACE quiescit  
 Gaudes: sed postquam te pravi credulus error,  
 Impietasque trahet recto de tramite, cæca  
 Ambitio, luxus, VENERIS<sup>q</sup> insana libido

Polluet; infelix omni spoliata decore,  
 Atque malis afflictæ ruës: te sana flagello  
 Concutiet BELLONA, ferus tibi vulnere ferro  
 Ac gladio infliget MAVORS; te MVLCTIBER igne,  
 Te perdet NEPTVNVS aquis; te fulmine tanget  
 ALTITONANS, arcèsque tuas, & tecta domorum

Oppidâque euertet quàm plurima turbine venti  
 Princeps nimborum REX ÆOLVS; insuper ORCO

Emissa & male suada fames, & turpis egestas  
 Rodet opes, pestisque tuas inuisa medullas.  
 At ne cede malis, constans persiste, videbis  
 Rerum mutatas species; solamina luctus  
 PAX dabit, & solitū CONCORDIA pacta decorem.  
 Illius paranympus eris, promotor, & auctor,  
 O Vir SERAPHICI decus Ordinis immortale!  
 Arte reconcilians odia intestina, tot annis  
 Nota, modis toties varijs renouata, supremi  
 Numinis auxilio BELGAS pacabis: iisdem  
 INSINVANS prudens SERE verum RELIGIONIS  
 Sincerūque diu expectata PACIS AMOREM.  
 Non dubita, sic FAT Aferent, tu BELGICA supplex  
 Exora, ut tristes currant velociter anni,  
 Incipiāntque bona felicia tempora PACIS.

VRANIÆ tria prælagia chronographica  
 CONCORDIÆ BELGICÆ  
 ad eundem R. P. IOANNEM NEI.

I.

TE CeLebrant CIVes, prVDentIa, praXIs, &  
 VsVs,  
 Et nVnC qVa eX faCta fœDera paCe VIgent.

TV



I I.

*TV fœDVs, beLLa eXosVs tot pVnICa, REGI  
sVasIstI, ARCHIDVCI, & BATTAVICIS  
popVLLIs.*

I I I.

*HIC CarIes, VeL LIVor eDax obLIVia gesta  
nVLLa reI InDVCent, VIVa sVperstes erIt.*

Quartum Vaticinium SIBYLLÆ EVROPÆÆ  
adducit VRANIE.

LODOVICVS VEREICEN A. AUDIENTIARIVS I.  
Anagramma.

O VIR VIVE DIV, TER CLAVDENS OSTIA IANI.

Dicti Vaticinij nodum soluit, & noua acrostichi-  
de affatur Ampliff. Virum LODOVICVM VER-  
EICEN, Equitem, SERENISS. ARCHID. Audien-  
tarium, PACIS LEGATVM.

*L audis honore nouo si sensit prisca vetustas  
O rnandum, & sacra quercus de fronde corona  
D ignum, qui caso cinem seruauerat hoste:  
O qua iusta tuis referetur gratia factis,  
V el tibi qua poterit laurus, vel ciuica reddi  
I nceptis condigna tuis, VIR MAGNE, corona!*

H 3 Cru-

*C*rudeles etenim frangens ter fœdere MARTIS  
*V*ires, servasti innumeros, non BELGICA cives  
*S*olatuos, etiam GALLOS ANGLOSq; & IBEROS.

*V*ltrices imis demissa sedibus Orci  
*E*VMENIDES hos arma nouo instaurare tumultu,  
*R*umpere suaserunt & pacta & fœdera PACIS:  
*R*es stimulis agitata nouis & cœpta, fuisse  
*E*uentus habitura malos, nisi protinus omnis,  
*I*n melius uersis animis, in fomite flamma  
*C*onsilio sopita tuo foret, istaque rursus  
*E*t PAX, & iunctis concordia fœdera dextris.  
*N*on furij locus est hîc amplius; ergo MEGÆRA,

*A*LECTO, tu TISIPHONE, cunctaq; phalanges  
*V*iperea, dolus, ira, furor, contentio, luctus,  
*D*iscors seditio, paupertas atra, famésque,  
*I*te cita, date terga, EREBI properate sub Orcum:  
*E*cce adsunt nymphe meliores PACIS alumna,  
*N*escia simplicitas fraudis, sincera voluptas,  
*T*ranquilla & requies, libertas pristina, uera  
*I*ustitia, integritas, CONCORDIA; qua redeunte,  
*A*rma silent, cedunt aquila, vexilla GRADIVI  
*R*umpuntur, falx ex gladio formatur & ense.  
*I*sta tuo cernit conatu BELGICA felix:

VIVE

VIVE DIV O VIR TER CLAUDENS OSTIA IANI;  
*Sint tua Laurigero circumdata tempora ramo.*

Idem Vaticinium triplici chronogra-  
 phico illustratur.

I.

O VIR, VIVE DIV, TER CLAUDENS OSTIA  
 IANI;  
*ConCors, & feLIX, hIC bene ViVe, VaLe.*

II.

VoVIt Ita VerIs eX beLLIeXeMta perICLIIs,  
 et feLIX trIna BELGICA paCe frVens.

III.

FRANCIa te eXornat LaVrIsqVe BRITANNIA,  
 oLIVa  
 BELGICA; naM CVrIs paX fVIt aCta tVIs.

ERATVS quinque chronographica  
 de BELGARVM CONCORDIA  
 ad BELGICAM & BELGAS.

I.

BELGICA DIV DIIs Cors fVIt eXItIa LIBVs  
 aStrIs;  
*QVa LV CtVs eXpers, foenora paCIs habet.*

In-

I I.

*InfeLIX VIDIt CIVILes BELGICA tVrbas,  
QVæ Lavta feLIX fœDere paCIs oVat.*

I I I.

*FVnVs evIt BeLLI, eX CaLLIs PAX CHARA  
reDIbIt,  
LaVretI foLLIs PAX raDIata CapVt.*

I V.

*NVLLa saLVs BeLLI tIbI BELGICA, pLVrI-  
Ma paCIs:  
EXoptata Igitur paX Venerata VenI.*

V.

*VIVItE paCIfICI, pIæ Vos CONCORDIA  
BELGÆ  
ConIVnXIIt neXV & fœDere perpetVo.*

Postremum EVROPÆÆ SIBYLLÆ Vaticinium  
PHOEBVS excipit & declarat, ac honori Cla-  
riff. Viri BALTASERI DE ROBIANO,  
quæstoris ARCHIDVCALIS, meritò adscri-  
bendum censet.

BALTASERVS DE ROBIANO, QVÆSTOR GENERALIS.  
Anagramma.

RARVS DONO ABIGENS ASSERTOR BELLA QUIETE.  
Clariff.

Clariff. Viro BALTASERO DE ROBIANO  
SERENISS. ARCHIDVC. quæftori generali  
PHOEBVS accinit.

**F**Inierant MVSÆ, cùm PHOEBVS plectra resu-  
mens,

Tu quoque carminibus nostris celebraberis, inquit,  
ARCHIDVCVM QVÆSTOR dignissime NE-  
STORIS auo.

Te probitas, vita integritas, prudentia, rerum  
Vfus, Socratici mores fecere CATONI  
Vel FABIO similem: VIRTVS nam sola carina  
Est Cynosura tua; tua cura augere salutem  
Et commune bonum: PATRIÆ CONCORDIA factò  
Facta tuo, aeternum tribuit tibi nomen: honorant  
Te MVSÆ, nectunt tibi florida sertæ NAPAEAE  
BELGIADES: tua fama solo est dispersa, salòque  
Cognita: nam BATAVAS missus dum vadis ad oras,  
Aere cano sonuit TRITON, & protinus omnes  
Aequoris aduenère DII, aduenere canoræ  
NEREIDES, ut te cantu sequerentur euntem.

Audijt insolitum melos, & miratur, ahenis  
Compedibus fluuij fundo constrictus in imo  
Salsipotens SCHALDIS: cui PROTEVS ora resoluens,

I Veri-

*Veridicus Vates maris, atque futura reuelans,  
 Latitia causas (inquit) tibi nuntio, belli  
 Ciuilis finem, felicitis tempora PACIS.*

*Hic QVAESTOR Vir hic est, tibi quem promittier  
 audis,*

*RARVSDONO ABIGENS ASSERTOR BELLA QUIETE.*

*Illius officio dudum CYLLENIVS exul*

*Ecce redux fiet, qui ferrea vincula soluet,*

*Vincula qua stygijs VULCANI cusa caminis*

*Imposuit tibi MARS, ut compede liber ab omni*

*Fluminis imperium accipiens, & pristina rursus*

*Sceptra, sali reddas fluidum refluxumq; meatum*

*Veliuolis iterum ratibus; qua Solis ab ortu,*

*Solis ab occasu venient, portuque receptæ*

*ADVATICO, sese exonerabunt mercibus, INDVS*

*Quas mittet, vel mollis ARABS, vel dives IBERVS.*

*Sedulus has cumulator opum, ac industrius artis*

*Omnigena mercator emet, nouus incola, sedes*

*ANTVERPAE figens: qua restaurata decori*

*Primaeno, reliquas supra caput efferet vrbes,*

*Emporium emporio fiet praestantius omni.*

*Sic PROTEVS praefatus, aquas se condit in imas*

*Aequoris, & celeri sequitur per caerulea cursu*

*NEREIDES, cantuque nouo comitatur onantes*

*Et*

*Et celebrante tuum, CLARISSIME QVÆSTOR,  
honorem:*

*Quem nec longa dies minuet, non lustra silebunt  
Ventura, aut rapiet quod conterit omnia tempus;  
Sed sera aeterni ducent in sacula fasti.*

Tria PHOEBI chronographica in ANTVER-  
PIAM, NEPTVNO ac MERCVRIO suo red-  
ditam, studio Clariss. V. BALTASERI DE  
ROBIANO; cui ob id PHOEBVS sua chro-  
nographica dicat.

I.

*VInCVLa qVa InIeCIIt SCHALDI BeLLona,  
reLaXat  
paX: IgItVr rVrsVs Ite, reDIte rates.*

II.

*EX ortV, eX oCCasV, aVstro proCVrrIte  
prova:  
SCHALDIS, & ADVATICAE portVs aper-  
tVs erIt.*

III.

*CVrre LoqVaX CaLaMe, & gentI sVb Vtro-  
qVe reLICta  
AXe refer, BELGAS paCe, qVIete, frVI.*

I 2

Eiuf-

Eiusdem PHOEBI EPILOGVS retrogradus  
de CONCORDIA BELGICA.

I.

AVSTRIACVM GENVS *hac* BELGIS *dat tempora*  
PACIS:*Condito mucronem* MARS *fere sanguineum.*

Ita verte.

*Sanguineum fere* MARS *mucronem condito:* PACIS  
*Tempora dat* BELGIS *hac* GENVS AVSTRIACVM.

I I.

*Latitia bona* PAX BELGIS *dat gaudia, veram*  
*Ferree cedenti* MARS *tibi tristitiam.*

Verte.

*Tristitiam tibi* MARS *cedenti ferree veram,*  
*Gaudia dat* BELGIS PAX *bona latitia.*

*Dixerat hac, & pausa datur: namque hora diei*  
*Biffena aquales reddebat corporis umbras,*  
*Prandendique aderat tempus: per gramina stratam*  
*Ornabant Genij mensam violisque rosisque:*  
*Ambrosia cibus, atque fuere HELICONIS ab horto*  
*Fructus, poma, nuces, pyra plurima, amygdala, pruna;*  
*Nectar potus, & ex PARNASSI fonte liquores.*



PARNASSI  
BICIPITIS  
DE PACE  
VATICINIA.  
LIBER SECVNDVS,  
DE REBVS  
TEMPORE INDVCIARVM  
GESTIS.

P A R T I A S S I

B I C I L I T I S

D E P A C E

V A T I C I N I A

L I B E R S E C U N D V S

D E R E B V S

T E M P O R E I N D Y O L I A R V M

G E S T I S

## S E R E N I S S I M Æ

ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ  
 REGINÆ ARCHIDVCI DVCI  
 HISPANIÆ AVSTRIÆ BRABANTIÆ  
 PROGENIE GENERE DOTE  
 HEROINÆ CONIVGI VIDVÆ  
 VIRTUTE MORIBVS FACTIS

A D M I R A N D Æ

D. A L B E R T O P I O

B E L G A R V M P R I N C I P E

V N I C O S O L E

O M N I V M C V M F L E T V S V B L A T O

A D I N S T A R

L V N Æ P L E N Æ

L V M I N E I N F L V X V E F F E C T V

S P L E N D E N T I A G E N T I O P E R A N T I

D V O S H O S L I B R O S

P A R N A S S I B I C I P I T I S

A V C T O R

D. C. Q.

S E-

SERENISSIMA PRINCEPS,

SVSCIPE FOVE PROTEGE

DVOS HOS GEMELLOS

FRONTE ANIMO CVLTV

BONA SERENO PERPETVO.

H I

TEMPORVM TESTES, VERITATIS FACES,

RERVVM GESTARVM PRAECONES,

SERENISSIMI ALBERTI ARCHIDVCIS

TVI (HEV) MARITI

ADEPTAS

A RELIGIONIS ZELO

A LAVDE IVSTITIAE

A NORMA PRVDENTIAE

A VITAE INTEGRITATE

LAVDES,

A BELLO

LAVREAS,

A PA-

A PACE CVM FRAN CIAE ET MAGNAE  
BRITANNIAE REGIBVS INITA

OLIVAS,

A CIVIVM CONSERVATIONE

INDVCIARVM BENEFICIO

CIVICAS

TVAS,

TVAEQVE AVGVSTISSIMAE DOMVS

ET STIRPIS AVSTRIACAE

HIS BIS SENIS INDVCIARVM ANNIS

RES PRAECLARE ET FELICITER GESTAS

AEVITERNAE MEMORIAE

CONSECRANT.

ITAQVE, QVOD VNVM EXOPTANT,

IMPROBI LIVORIS OCVLOS TVO SPLENDORE

RETVNDE,

ET EDACEM MORSVM TVO PATROCINIO

AVERTE.

K AD

## AD LECTOREM.



RIMVS huius Operis liber, inscriptus BELGICÆ CONCORDIÆ PANEGYRICVS PARNASSICVS, olim in lucem prodijt laxiori pede, qui in hac secunda editione est restrictior: in priori enim, non semper omnium litterarum numerantium in chronographicis ad amussim habita fuit ratio; quippe secundum vsitatum morem, in distichis chronographicis littera D neglecta fuit, & sæpiùs non numerata: sed in hoc, exactissima eius in omnibus observatio; exceptis chronographicis, quæ tribus, quatuor, aut pluribus constant versibus. Correctio libri prioris, & adiunctio secundi in eodem stili & argumenti genere, amaras difficillimi laboris habuit radices; sed fructus earum dulciore, si placet, LECTOR degusta, & boni consule.

PAR-

PARNASSI  
 BICIPITIS  
 DE PACE  
 VATICINIA.

LIBER SECVNDVS,  
 DE REBVS  
 TEMPORE INDVCIARVM  
 GESTIS.



OSTQVAM *epulis satiata fames fuit,*  
*atque remota*

*Fercula per Genios, & facta silentia*  
*linguis;*

MNEMOSYNES *aperit fatalis clau-*  
*stra libelli*

PHOEBVS, CALLIOPE *tradens, ut fata sequentis*  
*Temporis, historiámque futuri enuntiet aui.*

*Paruit hac dictis, promptisque ita versibus in fit:*

*Coniunctis postquam sanxerunt Fœdera dextris*  
 BELGARVM Proceres, PAX & CONCORDIA firmo  
*Discordes iunxere animos & pectora nexu;*  
*Maturare fugam MA VORS cogetur, & ista*  
*Effari: Mene his properata excedere terris*  
*Fata iubent, tenui denis quas quattuor annis?*  
*Non sic, per Stygij iuro nigra sceptrâ tyranni,*  
*Et quidquid Phlegethonte latet; si fata resistant*  
 BELGICA, ego fatis contraria fata reponam.  
*Cedam? non cedam procul hinc. Ita fatus, abibit:*  
*Cedentem comites fraus, ira, furorque sequentur.*  
*Dispersa fugient Furia. Funesta MEGERA*  
 FRANCICA regna adiens, vocat ad certamina RE-  
 GEM

HENRICVM, ut noua bella paret, rursus arma  
 resumat.

Chrono-  
 graphicū  
 an. 1610  
 de morte  
 Henrici  
 IV. Re-  
 gis.

De mor-  
 te Fran-  
 cisci Ra-  
 uillace-  
 ius sicarij

MORTE RVET SED CONATVS: sicarius vnus  
*Inuadet Regem sicâ, nil tale timentem,*  
*Carpento vectum, & letalia vulnera figet.*  
*Mors bello imponet finem. TORTORE MINI-  
 STRO*  
 OCCISOR NECE POENALI CRVCIA-  
 BERE LENTE.

*Non Regnum sine Rege diu prudente manebit:*



ACCIPIES REGNI LEGES LOTO VI-  
CE, CORONAM,

De corona-  
natione  
regis Lo-  
touiçi  
XIII. an-  
no 1610.

SCÉPTRA PATRIS. *sub te toto* CONCORDIA Regno,  
PAX erit, & fidei *unanimes consensu*; IBERA  
Coniuge ter felix, *multis dominaberis annis.*

Altera Gorgoneis ALECTO infecta venenis,  
CLIVENSES turbat, MONTANOS, IVLIACOS<sup>q</sup><sub>3</sub>;  
*Hos inter plures iactans ex crine colubros*  
*fravum, caussasque odij, noua semina belli.*  
Omnis origo mali, GVILIELMI mors ducis: illo  
Defuncto, Proceres de successore querelas  
Instituent, Princeps NEOBORGICVS ac LEO-  
POLDVS

Cum BRANDENBORG, partem *ut quisque*  
*occupet unam.*

VRBS IVLIA AVSTRIACI LEOPOL-  
DI, VRBS CLIVIA FIET  
BRANDENBVRGE TVA, AC ALIAS  
NEVBVRGVVS HABEBIT.

De rebus  
Iuliacis  
& Cliuic  
an. 1610.

Mox & AQVISGRANI cives, quos CÆSARIS  
*hostes*

Edixit diploma nouum, Imperioque rebelles,  
SPINOLA MAVORTIS soboles dux inchyttus, ille  
Cuius fama volat totum vulgata per orbem,

De occu-  
pato A-  
quisgra-  
no per  
March.  
Spinolā  
1614.

De Vefa-  
lia vrbe  
1614.

*Aggreditur; EOS CASTIGANS MOENIASER VAT  
INDUPERATORI, & Germano milite complet.*

*DVRA quoque, & validis munita VESALIA muris,  
Oppida CLIVENSIS ditionis plurima, MAGNI  
AD PARTES IBVNT VICTORIS, seque benigno  
Illius imperio subdent, & iussa capebant.*

*Verum TISIPHONE Furiarum pessima, triste  
Aggressura nefas, infandum, flebile, visu  
Terribile, incepto crudele, & sine verendum,  
Cocta ferens aconita imis fornacibus Orci  
Sanguine Cerberco spumaque, aspersa colubris  
IMPERIVM inuadet ROMANVM; illamq; sequentur  
Innumera pestes EREBI, DISCORDIA follem  
Concutiens, & cum vulpina veste RAPINA,  
SEDITIONO discussa comas, sceleratus habendi  
ARDOR, & AMBITIO regnandi, LIVOR edaxque,  
HÆRESIS infelix, & pravi credulus ERROR.  
Quaeque suum sortitur opus: pia foedera dudum  
GERMANA sancita fide, DISCORDIA franget:  
SEDITIONO indomitam plebem, & sine nomine vulgus,  
Ad clades, ad conflictus, ad bella vocabit.  
HÆRESIS hos, hos AMBITIO regni que cupido  
Præcipites ruet in facinus facietque rebelles.*

*Quin etiam ARCHIDVCIS tangetur corda sagittis*

MAT-

MATTHIÆ MEGÆRA *tuis; quæcis ocys* HEROS  
IN FRATREM INSVRGET FRATER NO-  
VABELLA PARANDO.

De bello  
Archidu-  
cis Mat-  
thiæ con-  
tra Cæsa-  
rē, 1612.

*Sed bello mox finis:* ERIT REX SCÉPTRA TE-  
NENDO

De illius  
Regno &  
electione  
in Casa-  
rē 1612.

MATTHIAS; *feret imperium post fata* RVDOLPHI.  
CÆSARIS, *electus concordi munere vocum.*

*Qua postquam duplici vidit FALLACIA vultu,*  
BATTAVICIS *latitans cautè occultata lacunis;*  
Illa Reformatos Fratres, *Verbique ministros*  
Aggrediens, *illis passim letale venenum*  
Infundet, *caussas odij: scētæq; recentis*

ARMINIO GOMMARVS *erit contrarius; ille*  
Afferet hoc *verum, quod contradicet & alter.*

*In partes dissecta duas, sic credula rerum*  
Falsarum, *quas LEMMANO de gurgite sorbet*  
Plebs, *furijs agitata fremit: bella, horrida bella*  
Insonnere, *novi conscripto milite motus*

*Exsurgunt, quos non Batavum prudentia patrum,*  
Non DORDRACENI *component dogmata cætus.*

PRÆVL ERIT CATHEDRÆ ERRORIS REX  
LVCIFER ORCI;

De co-  
meta visē  
an. 1618.  
tempore  
Synodi  
Dordra-  
censis.

LVCIFER IGNE RVBENS, VINDE X  
ORIENTVR AB AXE.

Atta-

*Attamen ARMINIOS pellet GOMMARVS, & istâ  
Cedere sede iubet, variâsque renisere terras.*

De morte Ioan-  
nis Bar-  
neneldi  
1619.

BARNEVELDE RVES, GLADIO CER-  
VICE RECISA

OCCI SE. ô qualis vivens, quàm magnus IBERI  
Nominis hostis eras, & libertatis amator

BATTAVICÆ, linguâque potens, ac ore disertus!

Fœdera quo sancita, & quo responsa fuere

Tradita Legatis, rebûsque edicta gerendis:

Consilio nutûque tuo BELLONA resumfit,

Armâque deposuit. talis tibi digna laboris

Est data pro meritis merces. Sed te quoque GROTI

Dura manent, casus pertristes: laurea PHOEBI

AONIDVM q̄s fauor non te servabit: in ipsi

Compedibus caussam dices: damnaberis, ATQVE

De car-  
cere Gro-  
tij 1616.

ARCIS LOVENSTEN FLVIDÆ ABS-

CONDERIS IN ARCTO

CARCERE. sed melior tua sor: namque omine fausto

De Gro-  
tij libera-  
tione.

ET ALI TVATE BONA CONSORS CAR-

CERE CISTA

INCLVSVMERIPIET. facinus memora-

bile in animum,

Quod seri stupeant post invida fata nepotes.

Interea ARCHIDVCES felici pace fruentes

Cum

*Cum populo Ducibusque suis, certamina, ludos  
Instituent; arcuque gravi, gravibusque sagittis  
Regia victori cedent diademata, honosque.*

*Applaudet BRUXELLA DVCI, dum CLARA  
ISABELLA*

*Mente vigil, faciles docta exercere sagittas,  
Lignea deiciet volucris simulacra, simulque  
Regina adiunget sceptris noua scepra paternis.*

SERENISSIMÆ ET OPTIMÆ PRINCIPI  
ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ  
HISPANIÆ REGNORVM INFANTI,  
ARCHIDVCI AVSTRIÆ,  
DVCI BRABANTIÆ,  
REGINÆ

PROGENIE, GENERE, INGENIO,  
OB DEICTAM ARCVM CHALYBEO ALITEM  
BRUXELLÆ TRIUMPHANTI  
IDIB. MAII CID. IDC. XV.  
PHOEBI ET MVSARVM  
CHRONOGRAPHICA CONGRATVLATIO.

Phœbus.

CINTHIA CASTALIÆ CONTEXITE  
CARMINA CLARÆ.

L Cal-

Calliope.

IVNO, VENVS, PALLAS, SCEPTRO,  
 VVLTV, ORE; DIANA  
 ARCV, ET EO VICTRIX TV DE-  
 CVS ARTIS HABES.

Clio.

IVNXIT OPES IVNONIS AVIS, IOVIS  
 ALES HONORES  
 ADDIT; NVNC VOLVCRIS RE-  
 GNA CORVSCA TVLIT.

Erato.

REGNI CLARET AVIS IACTATÆ CLA-  
 RATROPHÆIS  
 CLARA. NIHIL MIRI: EST REGIA  
 PROGENIES.

Thalia.

SELECTIS QVATITVR IACVLIS  
 QVÆ FIXA VOLVCRIS,  
 FEMINEO NERVO SÆPIVS ICTA RVIT.

Melpomene.

ARCITENENS MIRO REGINA ORNATA  
 TROPHÆO  
 TACTÆ AC IECTÆ CLARA RE-  
 FVLGET AVIS.

Ter-

Terpsichore.

TELA QVIBVS VOLVCRIIS AGITA-  
 TA, CVPIDO REFIGIT  
 CORDIBVS: HINC ORTVS PLAV-  
 SVS IN VRBE FVIT.

Euterpe.

LVCETRIVM PHATRIX BRVXELLA  
 VRBS TOTA REFVLsIT  
 HAC AVCTA, ET REGNI LETA FA-  
 VORE NOVI.

Polyhymnia.

VIVE DIV FELIX ALBERTE, ET RE-  
 GIA CONIVNX  
 CONSORTIS LECTI, VIVE ISA-  
 BELLA DIV.

Vranie.

SERA TRAHANT CLOTO ET LACHESIS  
 TVASTAMINA PARCÆ,  
 SERIVS INFECTANS ATROPOS ISTA  
 SECET.

*Hac ita CALLIOPE: confestim PHOEBVS, &  
 omnis*

*Castalidum chorus applaudens, oracula metris*

*Hac predicta novis, citharas & plectra resumunt,*

*Cornuque & lituos, & qua meliore retractu  
Instrumenta sonant calami. Vox omnibus una est,*

Acclama-  
tio  
Chrono-  
graphica  
ad Regi-  
nam an-  
no 1615.

*Concors concentus ;* VIVAT REGINA ISA-  
BELLA,

ALBERTI CONIVNX ISABELLA, ET  
REGIA PROLES.

BELGICA BELLA FVGANS, VIVAT  
REGINA ISABELLA.

BELLA REFERT PINDI RESONANS IN  
VALLIBVSECHO.

*Pergit CALLIOPE: Flamma Furialis ERYNNIS  
Accendent animos; GERMANAQ<sup>3</sup> pectora ferrum*

*Corripunt: petitur MATTHIAS; agmine facto  
BOIHEMI patrant scelus ipsâ morte piandum.*

De tu-  
multu  
Boihe-  
mico  
1618.

IACANT PRÆCIPITES A MAGNI  
VERTICE CASTRI

PRÆCIPVOS REGNI PROCERES: totoque  
*clientes*

*Cæsaris eijciunt Regno, Cleruque fidelem.*

*Hinc in fœdisfragos CÆSAR mouet arma rebelles,  
Sed fato præuentus obit. Successor habenas*

De Fer-  
dinando  
electo  
Impera-  
tore  
1619.

*Suscipis Imperij* REX FERDINANDE, CORONA  
TERRARVM TIBI TRADETVR TOTIVS  
ET ORBIS.

*Sed*



*Sed tua vesanus regalia sceptrâ vasallus  
Appetet: audaci nimium temerarius ausu*

REX FREDERICVS ERIT BOIHEMIS:

*attamen antè*

*Quàm* TITAN anni spatio lustrabit Olympi  
Zodiacum, fugiet LVGENS REGNO EXVL

ADEMTO.

*O Princeps, qua te regnandi insana cupido  
Impulit AVSTRIACIS tua signa minantia signis  
Romanisque aquilis opponere? non tua sacri*

*CÆSARIS integritas deterruit arma, nec ipsa  
Maiestas, quam terra tremit, venerantur & omnes*

*Qui sub utroque poli versantur cardine? nescis  
Fœdisragos odisse DEVM, quos vindice dextra*

*Insequitur? quid tu BOIHEMICA regna, coronam  
Legalem trabeamque petis, quam fata tulerunt*

*FERNANDO inuicto Regi, cui vota dederunt  
BOIHEMI Proceres, ELECTORESq; verendi*

*ROMANVM IMPERIVM, totius & orbis habenas?  
Non feret hac GERMANA fides, non SAXO, nec ille*

*Maximus in Bello BAVARVS. Reminiscere gesta  
Præterita ætatis, quando est CASIMIRVS adortus* 1583.

*Ille tuus patruus BAVARVM, qui præsul AGRIPPÆ  
Vrbis erat, rexitque VBIOS, antistite pulso*

L 3

TRVCH-

De Frederico  
Palatino  
Rege Boi-  
hemie  
electo  
1619.

De eius  
fuga  
1620.

TRVCHSESIO, *incesti thalami qui foedera fecit:*  
*Huic ille auxilio venit, mille agmina ducens;*  
*Attamen ante tubas fugit, latebrasque petiuit.*  
*Huius si varios casus, summumque laborem*  
*Scire cupis, superest quod scripsit carmine Vates.*

CURSUS CASIMIRI,  
 SEU  
 CIVITATIS COLONIENSIS  
 CATHEDRALISQUE CAPITVLI  
 CVM CALVINISTIS CONFLICTVS  
 CARMINE CELEBRATVS.



*CANTO Colonomum capitis connubia,*  
*coeptum*  
*Canto certamen, cursum canto CASI-*  
 MIRI

*Caluinistarum xopu pñs, certæq<sub>3</sub> columna.*

*CASTALIDES carmen concedite, candide CYNTHI*

*Claro condignos CASIMIRO conde cothurnos.*

Diabolus  
 perturbat  
 Diæce-  
 sim Colo-  
 niensem.

*Cum coluber cryptæ custos curuaq<sub>3</sub> cavernæ*

*Cocytî cuperet conuertere cuncta, ciere*

*Conflictus, clades, cades, cuperetque Colonos*

Con-

*Concordes, circumspicuos candoréque cordis,*  
*Communes CHRISTI cultus canonésque colentes,*  
*Conturbare; cibos CIRCES carbone calenti*  
*Coxit, CERBEREO conspersa, coacta cruore*  
*Cruستا, Cupidinea constantia corda calore:*  
*Cúmque Colonorum coryphaum conspexisset,*  
*Cepissetque cibos coctos, contemnere cepit*  
*Cultus Christigenum, cepit contemnere CHRIS-*  
 TVM;

*Conscriptos contra canones connubia cepit*  
*Concelebrare, Cupidinea constructa calore.*

*Confestim capiunt cani cautique Catones*  
*Consilium, capitis condemnant crimina cuncti,*  
*Contra concludunt connubia concelebrantem:*  
*Concedunt celebrem celebri claroque cuidam*  
*Censori, claro cuncti clamore coronam.*

*Cum Cypria cultor ceptum clausumq; Catonum*  
*Consilium caperet, concepit corde, ciere*  
*Certamen clypeis, clavis certare cruentis.*

*Chartam cum calamo capiens, cum certificasset*  
*Ceptum certamen CASIMIRO, connubiúmque*  
*Contractum, capitis compilatúmque coronam;*  
*Condoluit casum CASIMIRVS, continuoque*  
*Conglomerans centum celeres cultósque caballos,*

Cen-

Defectio  
 Gebhardi Truch-  
 fessij Epi-  
 scopi Co-  
 loniensis,  
 & eius  
 matrimo-  
 nium.

Consiliú  
 Canoni-  
 corum, &  
 electio  
 Bauari.

Truchse-  
 sius mo-  
 uet bellú.

Casimi-  
 rus con-  
 scribit  
 exercitú.

*Centum centurias, centum comites cataphractos*

*Conscripsit; centum communitásque cateruas*

*Cuspidibus, contis, corytis, cuspidibusque,*

*Conduxit, cupiens compescere cœpta Catonum*

Facinora  
Casimiri. *Certando: cùm conspexit contraria cordi*

*Cuncta, casas CHRISTI comburere claustraq<sup>3</sup> cœpit*

*Conditâ Calicolis; campos caulásque colonum*

*Compilare, cados, celeres capiendo columbas,*

*Carpentes cytisum capras, cicurésque capellas.*

*Cines credentes CHRISTO, cunctique coloni*

Fuga Ca-  
tholicorú  
& rusti-  
corum,  
& eorum  
preces. *Campestres, comites cùm conspicerent CASIMIRI*

*Caulas compilare, cremare, capessere cursum*

*Cœperunt: coràm cuncti clamare: Creator*

*Cunctipotens calique causi cosmique capacis,*

*Confugium, clypeus, curator Christicolarum,*

*Clamantium capias clamores, conspiciásque*

*Clemens compressos compilatósque colonos:*

*Compileris CASIMIRI castra coërce,*

*Comprime, castiga, cohibe, compesce clientes.*

*Conspexit CHRISTVS clamantes: Calicolaq<sup>3</sup>*

*Cuidam commisit, clauso cacóque ciere*

*Carcere Cocyti Colasim. curuamine cali*

*Confisus cecidit calamis, caligine caca*

*Conclusúmque chaos Cocyti concutiendo*

Deus vo-  
cat ex in-  
fernoPu-  
nitiónē.

*Cali-*

*Calica curavit commissa: cruenta cucurrit  
Confestim COLASIS, canos collecta capillos,  
Concutiens colubros contra CASIMIRICA  
castra.*

*Conspexit COLASIN, celerem cursumque* <sup>Caſimiri</sup> <sub>fuga.</sub>  
*capessens*

*Cum castris ceſſit conſternatus CASIMIRVS.  
Carmina Caſtalidum contexit culta clientes,  
Carminē cunctorum Κεφαλήν celebrate; Colonos  
Conſpexit clemens, clamantes Chriſticolásque  
Caſteſti cinxit clypeo, certamina contra,  
Contra conſlictus, contra cadésque cruentas.*

Acroſtichica monitoria ducentena  
ad CASIMIRVM PALATINVM.

<sup>1</sup> C ur contra	<sup>2</sup> K ορυφὴν	<sup>1</sup> C ali,	<sup>1</sup> CASIMIRE,	<sup>1</sup> C oruſci
<sup>2</sup> A rmatas	<sup>2</sup> A cies	<sup>2</sup> A udes	<sup>2</sup> A dducere?	<sup>2</sup> A cerbum
<sup>3</sup> S upplicium	<sup>3</sup> S celerum	<sup>3</sup> S celerato	<sup>3</sup> S anguine	<sup>3</sup> S umit,
<sup>4</sup> I gnibus	<sup>4</sup> I nſequitur	<sup>4</sup> I aculisque	<sup>4</sup> I ratus	<sup>4</sup> I niquos
<sup>5</sup> M agnificus	<sup>5</sup> M otor.	<sup>5</sup> M etri	<sup>5</sup> M emorare	<sup>5</sup> M agiſtros:
<sup>6</sup> I gnoras,	<sup>6</sup> I etos	<sup>6</sup> I ouis	<sup>6</sup> I gnibus	<sup>6</sup> I gniſotentis
<sup>7</sup> R erum	<sup>7</sup> R eſtori	<sup>7</sup> R egi	<sup>7</sup> R egumque	<sup>7</sup> R ebelles,
<sup>8</sup> V eſanos	<sup>8</sup> V aſtoſque	<sup>8</sup> V iros,	<sup>8</sup> V irtute	<sup>8</sup> V alentes,
<sup>9</sup> S ulphuream	<sup>9</sup> S ubiſſe	<sup>9</sup> S tygem?	<sup>9</sup> S i ſomnia	<sup>9</sup> S cripta

M

<sup>1</sup> P riſca

<sup>1</sup> Prisca putas,	<sup>1</sup> Parui	<sup>1</sup> Pendisque	<sup>1</sup> Poëmata:	<sup>1</sup> Paulum
<sup>2</sup> Aduersum	<sup>2</sup> Aspicias	<sup>2</sup> Ausum	<sup>2</sup> Altitonantis	<sup>2</sup> Amicos
<sup>3</sup> Lumine	<sup>3</sup> Lustratos	<sup>3</sup> Luctari,	<sup>3</sup> Luseque	<sup>3</sup> Lapsa
<sup>4</sup> Apprensum	<sup>4</sup> Aspicias	<sup>4</sup> Albentis	<sup>4</sup> Ab aëris	<sup>4</sup> Arce.
<sup>5</sup> Tu tali	<sup>5</sup> Tentas	<sup>5</sup> Tendendo	<sup>5</sup> Tenore	<sup>5</sup> Tonantem.
<sup>6</sup> Indoleas	<sup>6</sup> Igitur,	<sup>6</sup> Iusti	<sup>6</sup> Imploresque	<sup>6</sup> Iuuantis
<sup>7</sup> Numen;	<sup>7</sup> Nequitie	<sup>7</sup> Noxam	<sup>7</sup> Ne neëte,	<sup>7</sup> Nefasque:
<sup>8</sup> Vertentëque	<sup>8</sup> Vias	<sup>8</sup> Veteres,	<sup>8</sup> Vitaëque	<sup>8</sup> Vetusta
<sup>9</sup> Scandala,	<sup>9</sup> Si sapias,	<sup>9</sup> SAVLVS	<sup>9</sup> Scëtabere	<sup>9</sup> SAVLVM.

Chronographicum anni M. D. LXXXIII.  
de fuga CASIMIRI PALATINI.

VT LIBRÆ SPECIES TENEBRAS ÆQVA-  
RATE OIS,  
ECCĒ VERENS VBIOS HINC CASI-  
MIRVS ABIT.

**N**ON sortis patrūque tui FREDERICE fuisti  
Fortunæq; memor: quare ut puer Icarus ipse  
Aut Phaëthon demens audacibus excidit ausis,  
Sic sceptro regnōque rues; tua & insuper arua  
Cuncta PALATINÆ ditionis miles habebit  
Externus; veteres ista regione colonos

De occu- ET MAGNA REGET ARTE, NOVA ET  
pato Pa- DVX SPINOLA LEGE.

latinatu  
per Mar- Non impunè tibi iubar exitiale cometes  
chionem In calo visum; stella hac tibi nuntia cladis  
Spinolā  
1621.

Ven-

*Ventura, bellique, fugæ, tuæ, ruina.*

*Blandula Fortuna leuitas te tollet in altum*

*Cæsuri culmen solij, vanaq; corona;*

*Sed dextram versans, malefidum deprimet orbem.*

EXTAT AGER STELLATVS, VBI TE De coro-

PRAGA REBELLANS

INDVPERATORI EXCIPIET, TOTA- natione

QVE CORONA Frederici

EXVLTANTE, DABVNT REGNI TIBI in agro

SCEPTRA BOHEMI. stellato.

1619.

*Sed FREDERICE tibi grauior citò luctus eodem*

*Campo, QVANDO TVOS ROMANO BA-* De eius

VARVSENSE clade co-

CONTERET *inualidos ausus; quandoque reducta* dem loco

*CÆSARIS obsequio, te, regia PRAGA, fugato,*

*Præteritos plangens ætus, spectacula ponet,*

*Pyramides, statuâsque, tui monumenta doloris,*

*Plurima, sed FERDINANDI testantia laudem.*

*Infelix tibi stella fuit, sed prospera magno*

*Induperatori FERNANDO: nuntia sortis*

*Felicis, Laurique noua; quam præpete penna*

*Aduolitans, comitata hilari VICTORIA plausu,*

*Augusto imponet capiti: sic carmine quondam*

*Fatidica cecinere & prædixere SIBYLLÆ*

SIBYLLARVM  
 CHRONOGRAPHICA DVODECIM  
 DE NOVO COMETA  
 CONSPECTO MENSE DECEMBRI  
 M. DC. XIIX.

Sibyllæ Perficæ.

VENIT AB OFFENSO PRÆSENS HOC  
 NVMI NE SIDVS.

Sibyllæ Lybicæ.

IRRADIANS EXTAT TOTO IVBAR OR-  
 BE COMETES.

Sibyllæ Erythrææ.

SIRMATE CONSPICIT VR CÆLO NO-  
 VA STELLARE LVCENS.

Sibyllæ Cumanæ.

TERREAT APPARENS CRINITVM SI-  
 DV S. AB AVSTRO.

Sibyllæ Phrygiæ.

LVCET STELLA POLO CRVDELIS  
 NVNTIA CLADIS.

Sibyl-



Sibyllæ Hellepontiacæ.

STELLA DEI EXORTA EST, PRAVO  
TERRORE MINANTIS.

Sibyllæ Samiæ.

STELLA RECENS CONSPECTA ERIT  
EXITIALE FLAGELLVM.

Sibyllæ Cumææ.

VLTOR CONSPICITVR SCCELERIS  
NOVA STELLA COMETES.

Sibyllæ Tyburtinæ.

VISVS ERIT RADIO PRAVOS TERREN-  
TE COMETA.

Sibyllæ Delphicæ.

STELLA CORVSCA DEI CAVDATO  
CRINE RECVRIT.

Sibyllæ Herophilæ.

SANGVINEO APPARET RADIO NOVVS  
ISTE COMETA.

Sibyllæ Europææ.

PRAVA PALATINO SIDVS FERT PLV-  
RIMA PRAGÆ.

EIVSDEM SIBYLLAE VATICINIA  
 CONSCRIPTA, VERSIBVS CHRONOGRAPHICIS  
 QVIBVS  
 VICTORIAM DIVINITVS OBTEENTAM  
 OCTAVA NOVEMBRIS M. DC. XX.  
 CONTRA  
 FREDERICVM COMITEM PALATINVM  
 ET CONFOEDERATOS  
 ANTE  
 BOHEMIAE METROPOLIM PRAGAM  
 EIVSDEMQUE DEDITIONEM  
 PRAEDICIT.

QVORVM QVATVOR CONSECRAT  
 D. FERDINANDO AVGVSTO  
 BOHEMIAE REGI

I.

TE CÆSAR CAPTIS DECORAT VICTO-  
 RIA SIGNIS;  
 HOSTE REPERCVSSO, RAPTA CO-  
 RONA DATVR.

II.

CÆSAREOS FASCES, VICTRICIA SI-  
 GNA, BOHEMOS

Co.

TEMPORE INDVCIARVM. 95

COGITVR OPPRESSOS CERNERE  
PRAGARVENS.

III.

MARS AQVILÆ NIVEITRADET RV-  
BRASIGNA LEONIS.

IV.

ARTE ET MARTETVO, CÆSAR, DATVR  
VRBS TVA PRAGA.

QVATVOR ALIA

SERENISSIMO MAXIMILIANO

DVCI BAVARIAE.

I.

VICTRICES AQVILAS EXTOLLIT  
VICTOR, ET VRBEM  
EXHIS AVSPICIIS BAVARVS IN-  
TRAT OVANS.

II.

BAVARVS HÆRETICOS PROSCRIPTOS  
CÆSARIS HOSTES  
DEBELLAT, TREPIDOS PELLIT,  
AB ARCE FVGAT.

MA-

## I I L.


MAGNA DATVR BAVARO STELLA-  
TO EX AGGERE PRAGA.

hoc Schemate cometæ in cælo visi anno  
M. DC. XIIX. comprehensum.



I V.

ARX ET CASTRVM DATVR PRAGÆ.  
hac Stellæ imagine descriptum.



N

V N V M

EXCELLENTISS. HEROI  
CAROLO  
BVQVOIÆ COMITI  
PRINCIPI IMPERII  
CÆSARIANI EXERCITVS  
PRÆFECTO.

REGNI ERIT, ET PRAGÆ DOMITOR  
BVQVOIVS ARCIS.

De quo sequens schema : in quo diligens Lector plusquam sexcentis vicibus idem Carmen chronographicum inueniet.

ARCIS.


ARCIS.

S V I O V Q V B R O T I M O D Æ D O M I T O R B V Q V O I V S  
 V I O V Q V B R O T I M O D Æ G Æ D O M I T O R B V Q V O I V  
 I O V Q V B R O T I M O D Æ G A G Æ D O M I T O R B V Q V O I  
 O V Q V B R O T I M O D Æ G A R A G Æ D O M I T O R B V Q V O  
 V Q V B R O T I M O D Æ G A R P R A G Æ D O M I T O R B V Q V  
 Q V B R O T I M O D Æ G A R P T P R A G Æ D O M I T O R B V Q  
 V B R O T I M O D Æ G A R P T E T P R A G Æ D O M I T O R B V  
 B R O T I M O D Æ G A R P T E T E T P R A G Æ D O M I T O R B  
 R O T I M O D Æ G A R P T E T I T E T P R A G Æ D O M I T O R  
 O T I M O D Æ G A R P T E T I R I T E T P R A G Æ D O M I T O  
 T I M O D Æ G A R P T E T I R E R I T E T P R A G Æ D O M I T  
 I M O D Æ G A R P T E T I R E I E R I T E T P R A G Æ D O M I  
 M O D Æ G A R P T E T I R E I N I E R I T E T P R A G Æ D O M  
 O D Æ G A R P T E T I R E I N G N I E R I T E T P R A G Æ D O  
 D Æ G A R P T E T I R E I N G E G N I E R I T E T P R A G Æ D  
 Æ G A R P T E T I R E I N G E R E G N I E R I T E T P R A G Æ  
 D Æ G A R P T E T I R E I N G E G N I E R I T E T P R A G Æ D  
 O D Æ G A R P T E T I R E I N G N I E R I T E T P R A G Æ D O  
 M O D Æ G A R P T E T I R E I N I E R I T E T P R A G Æ D O M  
 I M O D Æ G A R P T E T I R E I E R I T E T P R A G Æ D O M I  
 T I M O D Æ G A R P T E T I R E R I T E T P R A G Æ D O M I T  
 O T I M O D Æ G A R P T E T I R I T E T P R A G Æ D O M I T O  
 R O T I M O D Æ G A R P T E T I T E T P R A G Æ D O M I T O R  
 B R O T I M O D Æ G A R P T E T E T P R A G Æ D O M I T O R B  
 V B R O T I M O D Æ G A R P T E T P R A G Æ D O M I T O R B V  
 Q V B R O T I M O D Æ G A R P T P R A G Æ D O M I T O R B V Q  
 V Q V B R O T I M O D Æ G A R P R A G Æ D O M I T O R B V Q V  
 O V Q V B R O T I M O D Æ G A R A G Æ D O M I T O R B V Q V O  
 I O V Q V B R O T I M O D Æ G A G Æ D O M I T O R B V Q V O I  
 V I O V Q V B R O T I M O D Æ G Æ D O M I T O R B V Q V O I V  
 S V I O V Q V B R O T I M O D Æ D O M I T O R B V Q V O I V S

ARCIS.

ARCIS.

PYRAMIS QUADRATA,  
D. FERDINANDO IMPERATORI,  
S. MAXIMILIANO DVCI BAVARIAE,  
E. CAROLO COMITI BVQVOIAE,  
FREDERICO COMITI PALATINO,  
INSCRIPTIONE CHRONOGRAPHICA  
PRAGAE ERIGENDA.





TEMPORE INDVCIARVM. 101  
PRIMI LATERIS INSCRIPTIO.



N<sub>3</sub>



TEMPORE INDVCIARVM. 103  
TERTII LATERIS INSCRIPTIO.



DE REBUS GESTIS  
QUARTILATERIS INSCRIPTIO.

TEMPORE INDVCIARVM. 105

COLV M N A  
SERENISSIMO DVCI SAXONIAE  
PRAGAE ERECTA.



O

SIBYLLÆ EVROPÆÆ monitoria chronographica  
ad FREDERICVM COMITEM PALATINVM.

NON CAPIAS, TIBI NEC DABITVR,  
FREDERICE: TIARA HÆC  
CÆSARIS EST; ERGO NON ERIT IL-  
LA TVA.

Eiusdem SIBYLLÆ ducentena Acrostichis  
ad eundem.

<sup>1</sup> Fœdera	<sup>1</sup> FERNANDI	<sup>1</sup> Frangis,	<sup>1</sup> FREDERICE,	<sup>1</sup> Fidemque:
<sup>2</sup> Romulidum	<sup>2</sup> Regem	<sup>2</sup> Regalia	<sup>2</sup> Rura	<sup>2</sup> Regentem
<sup>3</sup> Eligis:	<sup>3</sup> Electum	<sup>3</sup> Electorem	<sup>3</sup> Expellere,	<sup>3</sup> Eumque
<sup>4</sup> Debellare	<sup>4</sup> Docet	<sup>4</sup> Dominum,	<sup>4</sup> Diuina,	<sup>4</sup> Deumque,
<sup>5</sup> Eximo	<sup>5</sup> Exiliens	<sup>5</sup> Erebo	<sup>5</sup> Exitialis	<sup>5</sup> Erynnis;
<sup>6</sup> Ruricolas,	<sup>6</sup> Regni	<sup>6</sup> Robur,	<sup>6</sup> Res	<sup>6</sup> Relligiosas
<sup>7</sup> Irruere,	<sup>7</sup> Iniectos	<sup>7</sup> Incedere &	<sup>7</sup> Insuper	<sup>7</sup> Ignes.
<sup>8</sup> Continuò	<sup>8</sup> Cæli	<sup>8</sup> Claro	<sup>8</sup> Candore	<sup>8</sup> Cometes
<sup>9</sup> Vindicis	<sup>9</sup> Vltricis	<sup>9</sup> Vitij	<sup>9</sup> Volitasse	<sup>9</sup> Videtur
<sup>10</sup> Sidus,	<sup>10</sup> Sublimi	<sup>10</sup> Spectatum	<sup>10</sup> Sirmate;	<sup>10</sup> Signans
<sup>1</sup> Praua	<sup>1</sup> Palatino,	<sup>1</sup> Prædicens	<sup>1</sup> Plurima	<sup>1</sup> PRAGÆ,
<sup>2</sup> Augurium	<sup>2</sup> Apportans	<sup>2</sup> Atrox	<sup>2</sup> Audacibus	<sup>2</sup> Ætis,
<sup>3</sup> Luctifugos	<sup>3</sup> Lethes	<sup>3</sup> Luctus,	<sup>3</sup> Ludibria	<sup>3</sup> Longa.
<sup>4</sup> Astassertor	<sup>4</sup> Adest	<sup>4</sup> Auditus	<sup>4</sup> Ab aëris	<sup>4</sup> Axe,
<sup>5</sup> Tutor	<sup>5</sup> Terrigenum,	<sup>5</sup> Tranquillaq;	<sup>5</sup> Tempora	<sup>5</sup> Tradet
<sup>6</sup> Ignoscens	<sup>6</sup> Iudex,	<sup>6</sup> Inuictus	<sup>6</sup> Is	<sup>6</sup> Induperator,
<sup>7</sup> Nequitias	<sup>7</sup> Noxæque	<sup>7</sup> Nefas,	<sup>7</sup> Nexusque	<sup>7</sup> Nocentum;
<sup>8</sup> Vitrici	<sup>8</sup> Vultu	<sup>8</sup> Veniens	<sup>8</sup> Vt vota	<sup>8</sup> VIENNAE
<sup>9</sup> Supplex	<sup>9</sup> Sacrifici	<sup>9</sup> Soluat	<sup>9</sup> Solemnia	<sup>9</sup> Sacris.

F A M Æ  
 F O R T V N Æ  
 F E L I C I T A T I S  
 F E R D I N A N D I  
 F A T V M  
 F E L I X  
 F A V S T V M  
 F A V O R A B I L E.

**F**ERT FERDINANDI FASCES, FERT  
 FOEDERA FAUSTI  
 FASTIGI FORTVNA FAVENS; *fert fulcra*  
*fauoris*

Chrono-  
 graph.de  
 victoria  
 Pragæ  
 1620.

*Factoris firmamenti faustissima: felix  
 Fata ferunt festum: felici fascia flore  
 Firmatur fronti; florescit fama fauorque.*

FERDINANDE feri fallaces, furciferosque,  
 Fædisfragos, fatuos, frangentes fœdera facta,  
 Falcigeros famulos, figmentaque falsa fontes,  
 Eucatos: fer frendenti fera frena furori,  
 Flammigeras furum faculas, furiâsque fugato.  
 Fortunitos fasces FREDERICI, fulcra, feretrum

*Flebile, fatali ferias frangásque furore.*

FERDINANDE *fave famulis : florescere  
fronde*

*Fac, fama, fausto florescere fœnore fructus;*

*Fidentésque fove, facientes fœdera firma,*

*Fautores Fidei feruentes FABRICIOS q̄s.*

*Funesti fugiant fletus, funebria fata,*

*Funebres facies, facula, fugiántque favilla:*

*Festiva fiant feria, felicia fiant*

*Festa foro; flores, fructus, frumenta ferantur.*

Pergit CALLIOPE legendo.

**H**ÆC ita dum PRAGÆ; FERNANDI exer-  
citus hostes

*Victore inuadit gladio, superátque rebelles.*

De Mo-  
raua re-  
ducta  
1621.

CÆSARIS OBSEQVIIS SESE IPSA MO-  
RAVIA SVBDIT.

De resti-  
tuta relli-  
gione  
1621.

PVLSA REDVX PIETAS, ET RESTAV-  
RATVS VBIQVE

RELLIGIONIS HONOS, ARIS REVE-  
RENTIA, CVLTVS

ASTRICOLIS, LAVS GRATA DEO, ET  
LATRIA TONANTI.

SVB-



SVBDITVR ET REGIO ALSATIÆ, AT-  
QVE SILESIA MAIOR.

De redu-  
ctione  
Alatiæ  
1621.

ET TENET ET VVLT SOLA PROCA-  
CITER ARMA REBELLIS  
HVNGARIA, AVSTRIACIS FATO SA-  
CRATA TROPHÆIS.

De bello  
Hungari-  
co 1621.

*Hac dum PANNONIIS peraguntur taliter oris,*  
BELLA PALATINO FORTIS MOVET,  
ACRIA BELLA,  
SPINOLA ; CASTRA CAPIT VARIA,  
VRBES: *œdera soluit*

De victo-  
rijs Mar-  
chionis  
Spinolæ  
in Pala-  
tinatu  
1621.

*Coniuratorum, quos nunc facit esse fideles*  
AVSTRIACIS aquilis, & firmo vivere nexu.  
*Hinc plausus, hinc lætitiæ data signa per omnes*  
EVROPÆ populos, quos sceptro & lege gubernat  
AVGVSTVM GENVS AVSTRIACVM; *fora,*  
*compita lucent*

*Ignibus, atque sacris resonant in turribus æva,*  
*Et tormenta gravi reboant per compita plausu.*

*Substitit hinc dea CALLIOPE, & suspiria toto*  
*Corde trahens pergit, sic fata futura legendo:*  
*Quàm nihil in rebus stabile est! quàm cuncta rotatu*  
*Alternante regit vario RHAMNVSIA cultu!*

*Quàm sunt iuncta malis bona, mixtâque dulciâ  
amavis!*

*Et quàm letitia dolor est vicinus, & illi  
Qui comes assiduus luctus! nona gaudia turbat  
Monstrum exangue, informe, cui caua lumina fronti,  
Canities, sine pelle manus, sine pelle pedésque,  
Carne carens corpus, vix ipsis ossibus harena:  
Spicula trina gerit letali tincta veneno.*

CHRONOGRAPHICVM

DE MORTE

D. PHILIPPI III.

HISPANIARVM REGIS.

I.

De mor- REGIS IBERA ADIENS REGNA AC PE-  
te Regis NETRALE PHILIPPI,  
Philippi ANTE DIES SENII NECAT HVNC  
Tertij 1621. CRESCENTIBVS ANNIS.

II.

SIC REX DECEDES: PIETAS SACRA,  
RELLIGIOQVE,  
PRO SCEPTRO, TIBI FERT ÆTERNÆ  
REGNA CORONÆ.

ET

III.

ET CARET INTERITV TVA FAMA,  
 ET GLORIA FINE,  
 COGNITA TOTA SOLO, IN CÆLO SPE-  
 CTATA SA LOQVE.

CHRONOGRAPHICVM  
 DE MORTE  
 FORTISS. ET EXCELLENTISS.  
 CAROLI COMITIS BVQVOIÆ.

HINC PARTES PETIT HVNGARICAS, De mor-  
te Comi-  
tis Bu-  
quoj.  
1621.  
 VBI FORTITER HEROS  
 BVQVOIVS, CVM BELLA PARAT,  
 PROPELLIT ET VRGET  
 PANNONIOS, STRATVS PERIIT PER  
 VVLNERA BIS SEX.

*Nec satiata manus crudelis sanguine monstri,*  
*Venit BRUXELLAS ad magni PRINCIPIS aulam,*  
 ALBERTI ARCHIDVCIS LÆDENS De mor-  
te Alberti  
Archid-  
ducis  
1621.  
 COR: INTERIT IPSE,  
 ET FRATRI ASTRIFERA REGI SO CIA-  
 TVR IN ARCE.

*Sunt*

*Sunt comites mortis, mæror cui squallida sordent  
 Ora sitis, lacrymis intèrque cadentibus hument,  
 Tabificus dolor, & nigro vestitus amictu  
 Luctus: cum gemitu fletus suspiria ducens,  
 BELGARVM mæstis latè loca questibus implet.  
 Ne tamen intereant generosi sanguinis acta,  
 Omnia MNEMOSYNE memorando carmine scripsit.*

## L E S S I S E X

ELEGIACI CHRONOGRAPHICI

IN OBITVM

SERENISSIMI PRINCIPIS

A L B E R T I

ARCHIDVCIS AVSTRIÆ

DVCIS BRABANTIÆ, ETC.

E T D E

SERENISSIMÆ PRINCIPIS

ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ

BELGICARVM PROVINCiarVM

FELICI REGIMINE.

I.

AVSTRIACVS PRINCEPS, SVPERO  
 EXTOLLENDVS IN AXE,

DVX

DVX PIVS ALBERTVS (BELGICA  
PLANGE) PERIT.

II.

CONSILIIIS FABIVS, CATO IN ORE,  
ET SCIPIO GESTIS,  
LEGE SOLON, ZELO IN RELIGIO-  
NE NVMA.

III.

IN CÆLIS CVM SINT TVA SCE-  
PTRA ÆTERNA, CORONAS  
HINC ORBIS FRAGILES SPERNERE  
NOTVS ERAS.

IV.

NON PHOENIX CADIT OCCASV, EX-  
ORITVRQVE FAVILLIS;  
NEC, DVX ALBERTVS, POST SVA  
FATA PERIT.

V.

NON PERIT, IN CÆLIS HOC SOLIS  
CLARIOR IGNE EST;  
ET RADIAT RADIIS, LVNA ISA-  
BELLA, SVIS.

V I.

De regi-  
mine Ar-  
chiducis  
Isabellæ.

LVNA REGENS, SPLENDENS, ALBER-  
TO SOLE CADENTE,  
ATQVE NITENS RARA LVCE, CO-  
LORE NOVO.

De regno  
Regis  
Philippi  
Quarti  
1621.

**L**ÆTITIÆ noua caussa datur: discedite luctus  
*Et lacryma, tristes gemitus, quia nostra gubernat*  
LVNA Gubernatrix BELGAS, & lumine lustrat

*Et beat influxu placido: QVIA REGNA PHI-*  
LIPPVS

ACCIPIT HESPERIÆ, SCEPTRVM  
REX ATQVE TIARAS

IN POPVLOS, ORIENS QVOS SOL  
QVOSQVE IPSE REVERSVS

CERNIT: & *Imperium tibi erit quæ diuine currit*  
*Amne TAGVS, TIBERIS, PADVS, aurea stagna*  
*rubentis*

PACTOLI, EUPHRATES, GANGES, quæ  
NILVS, HYDASPES

*In mare se volumt: THRAX, SARMATA, &*  
*AFER, & INDVS;*

*TURCÆ, & Ponticola subdent sua colla rebelles.*  
*Ne dubita, sic fata ferent, sic sidera spondent,*

*Quæ*

*Qua tibi felici luxerunt omine primas  
 Cum lucis vidisti auras, fatale parentes  
 Cum nomen tribuere tibi VICTORIS, & ipsum  
 Numinis instinctu, non casu, nempe futura  
 Prasagum sortis. VIVE O REX, VIVE PHILIPPE.  
 Sint tibi grata, tibi faciunt qua vota fideles.*

VOTVM CHRONOGRAPHICVM  
 PRO SALVTE  
 PHILIPPI QVARTI  
 HISPANIARVM REGIS.

PHILIPPE  
 REX  
 IBER  
 RELIGIONIS  
 PETRA  
 CANÆ ÆTATIS  
 CERNENS ANNOS  
 FELICITER  
 SCEPTRIS  
 IMPERA.

DE REBUS GESTIS  
 EIVSDEM VOTI  
 ANAGRAMMA CHRONOGRAPHICVM  
 RETROGRADVM  
 ELEGIACVM  
 SIBYLLÆ EVROPÆÆ  
 Q V O  
 PHILIPPO  
 OPTIMO REGI  
 CATHOLICO  
 VITAM  
 ET  
 INCOLVMITATEM  
 APPRECATVR.

LANIFICÆ TIBI SINT NECTENTES  
 STAMINA LARGO  
 POLLICE, REX, PRINCEPS STIRPIS  
 ET HESPERIÆ.

Verte:

HESPERIÆ ET STIRPIS PRINCEPS, REX,  
 POLLICE LARGO



STAMINA NE CTENTES SINT TIBI  
LANIFICÆ.

VOTVM  
CHRONOGRAPHICVM  
BELGICÆ  
PRO REGIS SALVTE.

PUBLICA SACRIFICAT TIBI REX  
VOVET ATQVE SALVTIS  
ADIVTRIX, FIAT CORDIS AVI-  
TA SALVS.

VOTVM  
CHRONOGRAPHICVM  
CLERI  
PRO EADEM.

HVMANO GENERI CHRISTVS LVX,  
SPES QVOQVE CERTA,  
SIT SCOPVS HIC, VITÆ REX CI-  
NOS VRA TVÆ.

VOTVM  
 CHRONOGRAPHICVM  
 PROCERVVM.

EXEAT INFELIX LVCTVS, LABOR  
 EXVLET, ATQVE  
 TABIFICVS LANGVOR CORPORIS  
 ATQVE ANIMÆ.

VOTVM  
 CHRONOGRAPHICVM  
 OMNIVM CLIENTVM.

BELGICA FLORESCAT TVA FELIX  
 PRINCIPE TALI:  
 VIVE PHILIPPE DIV, REX NOVE  
 VIVE DIV.

**E**T iam finis erat BELGARVM fœderis, annis  
 Bis sex decursis, & se MAVORTIS alumni  
 Ad nova bella parant: miles conscribitur: omnes  
 Tympana rauca sonāt, per agrat caua buccina terras:  
 Arma, arma, arma vocant: INITI DVX  
 FEMINA BELLI

De regi-  
 minella-  
 belle Cla-  
 re Euge-  
 niæ 1621.

FLET.

FIET; AMAZONIDES *animo, virtute, valore*  
*Exsuperans* ISABELLA: *cui præclara trophæa*  
*Apportabit opus* MARTIS, *tractantibus istud*  
*Magnanimis ducibus, quorum astu & vindice*  
*dextrâ*

*Sapius attrita & denicta inimica fuerunt*  
*Arma. Equitum turmis præfectus* Marchio *primus*  
 BELVEDERVS *erit, fortisque illius* Achates  
 HENRICVS *Comes a* BERGIS, *qui bella resument*  
*Intermissa annis bis sex, sic Rege iubente*  
*Qui regit Hispanos, & ductatoribus istis*  
*Quos de Consilioq; Status Rex esse Philippus*  
*Inssit: eos inter vir maximus eminet ille,*  
 ILLE DECVS LATII, SACRA ARA DIGNVS  
 ET ARCE.

Anagramma.

I. CARDINALIS DE LA CUEVA LEGATVS  
 REGIS.

*Ille toga primus, THEMIDIS qui præsidet aula,*  
 CUI APPARET RECTI IVRISQVE LVCER-  
 NA RELVCENS.

Anagramma.

C. N. VIR PETRVS PECQVVS CANCELLA-  
 RIVS ET A. C. ST.

*Horum*

*Horum consilijs iunget, DVCETQVE CA-*  
TERVAS

SPINOLA DVX, A RHENANA REGIO-  
NE REVERSUS

VICTOR, OVANS BELLII CAPTIVO  
EX HOSTE TROPHÆIS.

*Angusto sese non RHENI limite claudet*  
*Gloria Dux LIGVRVM tua: nam VICTORIA*  
*pennas*

*Latius extendens, rursus regionis in oras*  
*BELGARVM te Ponticolas reuocabit ad hostes*  
*Sanguinis AVSTRIACI, cùm terra BRABAN-*  
*TICA fiet*

*Scena noni belli: quod dextro & Marte sinistro*  
*Principio gestum, felici fine triumphus*  
*Claudet, tunc cùm victus abit FLERVALIBVS aruis*  
*Ille nothus Comes A MANSVELT, sociusque fu-*  
*gatur*

*Quem BRVNSVICA Ducem vocat urbs, casaque*  
*cohortes*

*Ensis abreptis clypeisque ac undique signis*  
*Ablatis fugiunt, varioque cadauere late*

VILERIAS MVLTO FOEDABVNT  
SANGVINE TERRAS.

HAL-

HALVERSTEINE CADES EXCISA PAR- De Ducis  
TE LACERTI, Halber-  
stadij  
brachio  
abscisso.

FERREA SVCCEDET: sic restaurabis ademptam.

*Fama tubas tunc inflabit, grauiore susurro*

*Altius attollet sonitum, Urbs cum BREDAPetetur,*

*BREDA venusta situ tectisque, venustior arce,*

*Aede venusta sacra, VENERI gratissima: quare*

*Anxia sollicitis curis fuit illa, ruinis*

*Ne fieret foedata, aut vi maiore reducta*

*REGIS ad obsequium fatale; indagine longa*

*Persuasit LIGVRVM Ductori cingeret illam,*

*Nec premeret pilis, saxis, aut pulueris ictu*

*Igniferi, nec tormentis grauioribus. Ergo*

*Complacuisse volens VENERI Dux SPINOLA,*

*nullis*

*Aggredietur eam telis, nec fraude doloque:*

*Mittet ei chartã hanc VENERIS dictamine scriptam.*

Epistola VENERIS suasoria cum Chronogra-  
phico obsidionis ad Urbem BREDAM, vt se  
tradat MARCHIONI SPINOLÆ.

ÆSTV BREDA TVI QVI SPINOLA De obfi-  
LANGVET AMORIS, dione Vr-  
bis Bredę  
1624.

*Te rogat vt venias: rheda parata tibi est:*

Q Rhe-

*Rheda triumphalis, niveis instructa caballis,  
Ut rea non illi, sed RHEA tu dea sis.*

*Quid stas? quid dubitas? hares suspensa? quid ergo?*

*Nescis quàm nocua sint in amore moræ?*

*Est rosa, si properas; est pungens spina, recusas:*

*Verè spina malo, bis rosa grata bonis.*

*Ambrosiam dabit, accelera. cur stulta moraris?*

*Si rapit inuitam, fundet amara mera.*

*Nunc rogat, curget, amat; mox vi maiore venire*

*Illius ingratham coget in obsequium.*

*Ille supercilio tunc tristi & fronte negabit*

*Oscula, qua placido nunc dabit ore tibi.*

*Prada tuis fies tunc hostibus; & modo BREDA*

*Plena opibus, fastu turgida, inanis eris.*

*Ipsam dira famas ultrò te coget adire,*

*Porrigere & duplices supplice voce manus.*

*Quando gemens, lacrymans, nudis vix ossibus  
harens,*

*Scissa comas, lacerâ veste rogabis opem;*

*Blandula tunc tibi non rosa erit, sed rosor & osor.*

*O quàm dissimiles sunt in amante vices!*

*Dum fauet, ergo veni: sortem hanc agnosce secundam,*

*Antè suam vertat quàm malefida rotam.*

*Fata-*

*Fatale est, quòd Breda tui complexibus oris*

*Ille procius debet vi vel amore frui.*

*Sponsus erit, si vis ut sponsa fidelis adesse;*

*Perfida si renuis, raptor acerbus erit.*

*Elige quàm cupias illi ratione placere,*

*Integra dum res est, nec violatus honor.*

**I**LLA nihil VENERIS monitu permota, resistet,  
Dura silex veluti, vel flecti nescia cautes.

OMNIS in HOLLANDIS & Principe MAVRI-  
TIO spes.

*Sperat ab auxilijs horum obsidione leuari,*

*Obsidione graui, qualem non temporis atas*

*Prateriti vidit; nam per miliaria septem*

*Tota in circuitu validis erit obsita castris.*

INTEREA ORANGII PRINCEPS RVET;

ISTE RECEPTA

VRBE AC ARCE BREDANA NON LV-

GERE DOLORE

COGET VR: fuit is viuens HOLLANDICVS

ATLAS,

*Consilio pollens, & bello clarus & armis.*

*Sapius hunc viridi cinxit VICTORIA lauro:*

*Sed non Breda tibi potuit succurrere; fatum*

Obstitit, & mors, quæ cunctarum linea rerum  
 Ultima, propositos hominum determinat actus.  
 Constans propositique tenax tamen ille manebit,  
 Aspera cuncta pati, pestemque, famemq̄, necemque.  
 Et licet huic NEPTUNVS aquis magno agmine missis  
 Auxilio esse volet, munitaque rumpere castra,  
 ÆOLVS & ventis succurrere, MVL CIBER  
 igne,  
 Fulgure IVPITER & tonitru; SATVRNIA  
 necdum  
 Exsatiata odio contra genus AVSTRIACORVM  
 Semine TROIANO genitum, totius ab orbis  
 Partibus armatos educet in illius Urbis  
 Obsessa auxilium; veniet quoque GALLVS &  
 ANGLVS,  
 GERMANVS, DANVS, peditumque equitumque  
 phalanges;  
 Frustrà omnis conatus erit felicia contra  
 Arma Ducis LIGVRVM, quibus urbs BRED-  
 NA resistet:  
 Cynthia bis quinos sed cum compleuerit orbis,  
 HESPERIÆ IVNIO VINCET REX  
 MOENIA BREDÆ.

De dedi-  
 tione Vr-  
 bis Bredæ  
 1625.

LEGE-



**L** EGERAT *hac dea* CALLIOPEA: *coronidis*  
*addit*

*Hac oracula loco* PHOEBVS *memoranda per auum:*

CESPES FATALIS BREDÆ: TV CESPI-  
 TE CAPTA ES;

CESPI TE ET AGGERE DVX TE CA-  
 PIET SOLIPAN.

CLIO *gesta canens, audito hoc nomine, dixit:*

*Nominis est anagramma tui, Dux* SPINOLA,

PARCÆ

*Quod tibi fatidica sic imposuere sorores,*

*Cernenti primas vitalis luminis auras:*

*Venit & ad cunas* VIRTVS *presaga futuri,*

*Appendens collo fatale monile, lapillis*

*Ornatum septem pretiosis, inscriptumque*

*Nomen habens* SOLIPAN: *quod versu & carmi-*  
*ne docta*

V RANIE *speculata, polos & sidera cali*

*Illustrans, aperit secreta recondita fati,*

*Qua septena latent istis signata figuris:*

*Est sapphirus, onyx, liguræus, iaspis, & igne*

*Pyrites feruens, adamas, & narcisites.*

Anagrā-  
ma SOLI-  
PAN SPI-  
NOLA.

VRANIE exponit Vaticinium nominis  
SOLIPAN.

S. Sapphirus, symbolum Prudentiæ.

*Caruleus veluti est Sapphirus, & insuper auri  
Collucet punctis: tua sic Prudentia calo  
Diriget acta; infusa auri tibi Copia cornu  
Fundet opes, auri calo fluet insuper imber.*

O. Onyx, Iustitiæ.

*Albus Onyx lapis est, & Iustitia bonus index:  
Quam tu sincerè, sine fuco, fraude doloque,  
Exercens, cunctis æquali lance rependes  
Præmia, virtuti meritum, poenâsque scelestis.*

L. Liguræus, Fortitudinis & Patientiæ.

*Vt Liguræus aquis iniectus concipit ignem;  
Ardet in his LIGVRVM tua sic Patientia Princeps:  
Rebus in aduersis exstabit clarior; illam  
Non dens linoris, non falsa calumnia franget.*

I. Iaspis, Temperantiæ.

*Iaspis translucens gemma est, viridemq; colorem  
Semper habens: animique tui moderatio recti*

*Talis*

*Talis erit; numquam rebus succumbet in arctis,  
In latis non se extollens erit unus & idem.*

P. Pyrites, Victoriæ.

*Pyrites calet igne, nouisque caloribus auget  
Ardentes flammæ: sic te Dux SPINOLA laurus  
Non una exornabit; erit terræque marique  
Fœnore multiplici crescens Victoria felix.*

A. Adamas, Constantiæ.

*Est Adamas constans, nec ferro cedit & igni,  
Incudes spernit, validos & sustinet ictus:  
Mascula sic Virtus, varijs agitata periclis,  
Fortuna casus constanter perferet omnes.*

N. Narcissites, Felicitatis.

*Purpureo Narcissites ornata colore  
Gemma Duces belli designat, MARTIS alumnos,  
Purpura quos vestit: teque ô Dux maxime belli,  
Qui exsuperas armis, arte ac virtutibus omnes.*

**P**LURA loqui, vel scire aui secreta futuri,  
Me vetuit PHOEBVS: fatalis clauditur ergo  
MNEMOSYNES codex: omnes cum matre recedunt

THESPIADES. *Mihi PHOEBVS ait: Quæ lecta  
fuerit*

*Præscia venturi metra temporis, omnia chartis  
Conscribe, & prælo committe fideliter; utq̃  
Perficiatur opus, rectè & mea iussa capeſſas,  
Fontis GORGONII tua labra rigabis in undis,  
Et memori tibi cuncta fluent à mente. Secutus  
Eloquium PHOEBI, feci quod iuſſerat; & me  
Confestim liquit somnus. Vigilantia pandens  
Lumina, conſpicio in manibus conſcripta papyro  
Carmina PIERIDVM, auditis conformia, & illo  
Ordine, quo legit fatali ex codice cuncta  
CALLIOPE. obſtupui: & ne res hac mira lateret,  
Excudenda typis miſi grauioribus; ut ſic  
Annosum uinat liber hic Parnaſſicus æuam.  
Quòd ſi diſpliceat tibi Zoile, uel tibi Mome,  
Ultor PHOEBVS erit, cuius noua metra leguntur.*

FINIS.

## A P P R O B A T I O.

**H**ÆC Parnassi bicipitis de Pace Vaticinia, vario metri Artificio decantata à Clariff. Dom. IODOCO DE VVEERDT, Urbis Antuerpiensis Syndico, digna cenfeo, quæ ob argumenti raritatem, & metri varietatem, typis committantur, & ad Reipub. Litterariæ ornamentum euulgentur.

*Laur. Beyerlinck Canon. & Archipresb.  
Antwerp. & Libror. Censor.*

## S V M M A P R I V I L E G I I.

**P**HILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici, & Potentissimi Belgarum Principis Priuilegio cautum est, nequis *Parnassi bicipitis de Pace Vaticinia*, Auctore IODOCO DE VVEERDT Urbis Antuerpianæ Syndico, præter Baltharis Moreti voluntatem vlllo modo intra sexennium imprimat, aut alibi terrarum impressa in Germaniæ Inferioris ditiones importet, venaliâve habeat. Qui secùs faxit, confiscatione librorum, & alia graui pœna mulctabitur, vti latius patet in litteris datis Bruxellæ, XIV. Augusti, M. DC. XXVI.

Signat.

*De VVitte.*

ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA  
BALTHASARIS MORETI.

M. DC. XXVI.